


[illegible] Cinguli S. Dnici [illegible]

Cingulo est [illegible] longo [illegible] utrius & media pte [illegible] utra. Oremus Deus invisibilis & inaestimabilis pietate tua [illegible] Sanctitat [illegible] suppliciter depraecamur ut in hac [illegible] mensura imaginis [illegible] benedictione & [illegible] invi[illegible] ut a [illegible] q necessitatibus humanis tribu[illegible] [illegible] mensurus cincta [illegible] benedictione tua ab omni [illegible] [illegible] te [illegible] te custodia[illegible] [illegible] Deinde [illegible]

MDX[illegible]

[illegible] 1786

[illegible]

[illegible] per Xtum Dnum N. J. C. [illegible] mensura [illegible] An. [illegible] Oremus Deus q [illegible] Dne [illegible] benedictione & mensura S. S. Dnici a rapacibus latronibus [illegible] a scabie, a [illegible], a morsibus, a [illegible], a diabolo [illegible] infirm[illegible] ab incendio, a mala [illegible] [illegible] monitu S. Dnici [illegible] C. D. N. An [illegible]

Fris Nazary Pekmar

Ord. S. Radr.

[illegible]

ALIMONIA SPIRITUALIS

Pascens animas Hominum

Brevi Resolutione

præcipuorum casuum & difficultatum circa administrationem Sacramentorum occurrentium, in dispositione moribundorum sive naturali morte ac peste decedentium, sive jure ad mortem damnatorum

Cum Adiectione

Variarum Benedictionum ad commodum

Sacerdotum præsertim novellorum.

Cum licentia Superiorum

REIMPRESSA

ANNO

Quo alimoniam cælestem gustavit homo 1748. Die 5. Julij.

Typis Clari-Montis Częstochoviensis.

Cenſura Theologorum.

OPuſculum cui titulus *ALIMONIA SPIRITUALIS* per R. P. Joſephum Dambrowſki Provinciæ Majoris Poloniæ Secretarium, ex gravibus & probatis Doctoribus collectum vidimus legimus ex Commiſſione A. R. Patris Provincialis, Superioris Noſtri Colendiſſimi; Cumq; nihil contineat bonis moribus aut fidei Catholicæ repugnans, imo utilitati Confeſſariorum pro diſpoſitione Infirmorum maxime ſit deſerviens, ideo dignum prælo ac luce cenſemus. Datum Varſaviæ, in Conventu Noſtro ad S. Antonium Ordinis Minorum S. P. Franciſci Refor. die 28. Feb. A. 1722.

Fr. Manſvetus Leporini S. T. L. Ex Miniſter Provinciæ, Gvard. Varſav.

Fr. Alexius Korálewicz S. T. L. Pater & Diffinitor Provinciæ.

Licentia Adum Rndi P. Miniſtri Provincialis.

LIbellum cui titulus *ALIMONIA SPIRITUALIS*, a R. P. Ioſepho Dambrowſki Provinciæ Noſtræ Reformatæ majoris Poloniæ Secretario, ad commodum & Spiritualem fructum tam diſponentium, quam diſponendorũ ad felicem mortem compillatum a Noſtris Theologis lectum, & luce publica dignum recognitum, typis mandari (ſervatis ſervandis) concedimus. Datum in hoc noſtro ad SS. Petrum & Paulum Apoſtolos, Conventu Podgurienſi 20 Ianuar. Anno 1722.

Fr. Jacobus Wolſki Miniſter Provincialis.

Ap-

Approbatio Diæcesana

LIber cujus titulus *ALIMONIA SPIRITUALIS*, cum nihil in se contineat contrarium Sacrosanctæ Fidei Catholicæ, & multum sit proficuus Confessarijs pro dispositione infirmorum; ut reimprimatur, do facultatem Datum Cracoviæ Die 5ta Iulij Anno 1748.

Mathias Ziętkiewicz Sac. Th. Doctor & Professor, Canonicus Cathedralis Cracoviens Libror. per Diæcesim Cracoviens. Censor

mpp.

Licet quidē, multas circa administrati. Sacramētorū occurrentes difficultates & nō raro dabiles fortuitos casus, sive circa mortē naturalē, sive casu inopinato obvenientē, sive denique iudiciaria potestate impositū, ac (quod DEUS optimus avertat) peste contracta; Tandē circa sacramentū pænitentiæ, Baptismi, Matrimonii, ac circa dispositionē Veneficarū, tā materialiū quā formaliū; multorū Doctorū & spiritualiū magistrorū, satis abunde, & luculenter resolvant Doctrinæ, atq; sufficienter, præsertim novellos Confessarios; Consummatorū instruant resolutiones, edoceantq; instructiones! verūtamē cū hæc per longa, diffusa & dispersa sint volumina (quæ sicut nō quilibet Confessarius habere potest, ita is, qui habet in nimia prolixitate legendi, aliis obrutus & distractus negotiis, uti illis nō valet) exinde multi Confessarii debita, tā ad proximi quā ad suæ animæ salutē necessaria scientia destituuntur. Ideo pro majori cōmoditate & conscientiæ securitate, tā Confessariis infirmos quocunq; casu disponētibus, quā ipsis disponēdis ex multis voluminibus, multorū approbatorū, graviūq; Doctorū, instar argumentosæ apis, in breve hoc collectū cōpendiū, præsentē Alimoniā Spiritualē porrigo, in qua momento ea invenient, quæ multis horis per longa volūina lustrare deberēt in quibusvis casibus & difficultatibus occurentibus. In hac alimonia spirituali (quasi pro secūda mensa) addere placuit Benedictiones varias frequentius occurrentes, Exoptans post tenuē præsentē Alimoniā, magnā illā a Christo promissā, æternā cænā, Lectori piissimo, cui, si quidpiā in hac alimonia ad gustū nō fuerit, tā meæ, quā Typographiæ ignoscat tēuitati illiusq; meminerit. Hospitis in mēsa, vultū nō fercula pēsa.

J. M. J.

Inſtructio Prima.

Et quidem generalis, quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius in ſuo officio circa Infirmos.

I.

CONfeſſarium ad diſpoſitionem Infirmi invitatum, nulla unquam difficultas retardare, multo magis excuſare debet; quia ſalus proximi, præponenda eſt, omnibus rebus temporalibus. Non dulcis ſomnus: Quia anima hominis, in Domino obdormire deſiderat. Non potus: quia anima Infirmi dulcedine & ubertate cæleſtis gloriæ inebriari exoptat, Non cibus: quia anima moribundi ad cæleſte convivium anhelat, Non converſatio: quia anima in mortis agone deſtituta, ad converſationem, & ſocietatem, Angelorum properat, Non lucrum temporale: quia anima æternum victura cuncta deſerens temporalia, divitias cæleſtes tædioſa expectat. Non metus: quia anima de corpore proficiſcens, æternitatem malam exhorreſcit. Non periculum: quia anima de ſalute ſua periclitans ſummis anguſtiis premitur. Non commodum: quia anima in agone ſuo extremis laborat incommodis. Denique, non ipſum ſacrificium, infirmum deſerere cogit: quia anima de ſuo vocata ergaſtulo, cupit eſſe gratiſſima hoſtia DEO. Dicit enim Zambranus de Sacram. pænit, Cap. 5. dub. 6. num. 5. & confirmat Diana parte 5. tract. 3. reſol. 70.

Si non adsit Sacerdos, qui possit moribundi confessionem audire; certe potest ac debet Parochus, aut quivis alius Sacerdos, licet sit in altari, missam inboatam relinquere, etiam si peracta fuerit consecratio: Sed debet servare hostiam consecratam in tabernaculo, aut alio honesto loco, & secum etiam deferre aliquam particulam consecratam si adest (alii adduut, etiam sumpta particula, ab illa hostia, quæ est in missa) pro communicando infirmo & extremam unctionem præbendo illi Sacramentum extremæ unctionis, & ita audita eius Confessione, & data Eucharistia & extrema unctione, omissis tamen Psalmis pænitentialibus, redire debet ad Ecclesiam missam inboatam perficere. Si vero confessio infirmi fuerit ita longa ut media hora perfici nequeat; Sacerdos transacta dicta media hora, absolvet moribundum, & dicat ei: ut post sacrum inceptum, completum, faciat eum vocare adse, & sic do novo audiat & absolvat. Ita testatur, Octavius MARIA a S. JOSEPH secunda parte Repertorii, fol. 379. Et Philip. servius 3. p. Annuit Busembau cum aliis citatis de celebratione missæ lib. 6. Cap. 3. fol. 583. Posse interrumpere missam, si urgeat gravis necessitas, vel propria v. g morbus; vel proximi ut si moriturus sit baptizandus, vel absolvendus moribundus (ut hæc in partu mulierum contingunt pericula) Revertens autem ad sacrificium Sacerdos, si fuerit ante facta consecratio, incipiet ubi desierat, uti etsi facta non fuerit, & parva mora intercesserit; v. g. minor

quam

quam unius horæ: ſi autem longior incipiat abinitio.

Quare, omni quocunquo bono ſepoſito,ad diſponendum in viam æternitatis infirmum ſacerdos, nullo modo gravetur, quem nec ipſum ſacrificium,(ſi res non patitur moram) impedit: Hinc contra Paſtores, magis de ſe, quam de ovibus ſibi commiſſis ſolicitos, fulminat ipſe DEUS Ezechielis. 34. dicens. *Væ Paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſe ipſos; nonne greges a paſtoribus paſcuntur. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmum fuit; non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis; quod confractum! non alligaſtis, & quod abiectum non reduxiſtis; & quod perierat; non quæſiviſtis, &c* Et ibidem inferius. *Neque enim quæſierunt Paſtores mei, gregem meum* Sed paſcebant Paſtores ſe ipſos, & greges meos non *paſcebant*, Et adjicit: *Ecce ego ipſe ſuper Paſtores requiram gregem meum de manu eorum & ceſſare eos faciam, ut ultra non paſcant gregem, ne paſcant amplius Paſtores ſemetipſos, ecce ego requiram oves meas.*

Hinc S. Chriſoſthomus lib. 3. De Sacerdotio Sacerdotes præfert Parentibus noſtris apud Cornel. à Lapid. in C. 2. Malach V.6. *Parentes* (inquit) *nos in præſentem, Sacerdotes in vitam æternam generant!* Sed conquæritur S. Gregorius ibidem apud Cornel. *Ecce* (ait) *mundus Sacerdotibus plenus eſt, ſed tamen in meſſe*

DEI rarus valde invenitur operator; quia officium quidem Sacerdotale ſuſcipimus, ſed opus officii non ſupplemus. Et Deinde. Chriſoſt. in Matth. cap. 23. homil. 34. *Multi* (ait) *ſunt ſacerdotes; & pauci Sacerdotes! multi nomine, & pauci opere!* Superaddit. S. Iſidorus lib. 3 de ſummo bono, cum ait: *Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, ſi eos ait ignorantes non erudiunt; aut peccantes non arguunt.*

2. Itaque his præmonitus Sacerdos quilibet & maxime Parochus, (cui de ſtricto iure incumbit) conſtitutus ante infirmum, eâ, quâ Sacerdotes Domini decet honeſtate, modeſtia, & gravitate ſe habeat; ut non ægris ſolum; ſed ſibi, & domeſticis, Verbo & exemplo proſit ad ſalutem.

3. Si advertat circa infirmum ploratum & ululatum liberorum, Uxoris, Conſanguineorum, iubeat eos tantiſper recedere, aliaſque perſonas non pertinentes è conclavi amovere imo pro infirmo iniungat preces fundere, ut potius proſint orationibus, quam mentem infirmi conturbent fletibus.

4. Obſervet autem Sacerdos, ne ſtatim in principio loquatur de morte, nec aliquo ſigno propinquitatem mortis ſignificet (niſi forte periculum ſit in mora, & infirmus agatur extremis) ſed conſoletur ægrum, dicens ſe pro eo, miſſæ ſacrificio & aliis precibus oraturum, curaturumque ut alii pro eo faciant, idque re ipſa præſtabit.

5. Si morbus gravior, vel cum periculo fuerit; ægro ſuadeat;ut dum integra mente eſt, rem ſuam omnem recte conſtituat, & Teſtamentum faciat; Si quid habet alienum reſtituat, & ad remedium animæ ſuæ pro facultatibus, quod inDomino ei placuerit diſponat: Sed hæc ſuggerendo , omnis avaritiæ nota caveatur.

6. Perſvadeat verbis ſvavioribus : quod DEUS maximas infirmitates ſanet, maxime eorum,qui ſe reſignant voluntati eius tanquam Creatoris ſui,qui illi per Sacramentum pænitentiæ reconciliantur, qui ſacramentum extremæ Unctionis tempeſtive affectanter percipiunt; Dicit enim Apoſt. Jacob. 5. cap. *Infirmatur quis in vobis? inducat Præsbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum, ungentes eum oleo, & oratio fidei ſalvabit infirmum, etſi in peccatis ſit remittentur ei!* Quibus autem motivis alliciat & moveat infirmum ad prompte ex animo ſuſcipiendam tempeſtive extremam Unctionem, videat inferius inſtructionem de extrema unctione.

7. Hortetur denique, ut ſi convaluerit,ante omnia reaſſumptis iuſtis viribus ad Eccleſiam veniat, ubi, DEO gratias agat, de reſtituta valetudine,& ſacram Communionem pie ſuſcipiat, quod & Domi antequam ad perfectiores & validiores Vires pervenerit devote cum ſua Coniuge & Liberis (ſi adſint perficiat.

8 Ad hoc tamen collimet Sacerdos ut excitet in illo Desiderium & inclinet voluntatem eius, ad confitendum peccata & alia Sacramenta suscipienda.

9. Intelligat ex infirmo, si aliquibus non agitatur tentationibus, caute tamen; quas sibi, quoties obvenerint, fideliter revelare iubeat, & eas ab illo piis affectibus removeat quos invenies in 2da parte Libelli, Polonici Tit. *Wyprawá*.

10. Quod si infirmus supra modum sit obstinatus, & durus; si blasphemet, &c. Frequenter Sacerdos applicet aquam benedictã, profunda ad vulnera Christi suspiria fundat. B. Matris DEI, S. Iosephi, aliorumque Sanctorum auxilium imploret, Imaginem Crucifixi infirmo repræsentet, candelas benedictas accendi curet ad expellendos malignos Spiritus: sæpius pronunciet illa verba *JESUS MARIA JOSEPH*; Miserere mei DEUS &c. DEUS propitius &c.
Tum ipse Sacerdos infirmum. & loca proxima aspergendo aqua benedicta atque signo S. Crucis muniendo illa, sæpius devote pronuntiet verba: *Ecce crucem Domini, fugite partes adversæ vicit leo de Tribu Juda*. Tum & alios, quos habes paratos in 2da parte huius Libelli Polono idiomate Præsertim dicat benedictionem supra infirmum infra positam.

11. Advertat Sacerdos; ne nimis multa loqua-

quatur cum infirmo, nec uno sono omnia dicat, nec præcipitanter nec nimis alta voce, sed modestè, omni fastu & affectione remotis. Aliter cum Docto & ingenioso, aliter cũ indocto, & rudi se gerat. Doctis pauca & selecta; simplicibus plura, eaque magis explicata suggerat, potest ad hoc uti, dictis Doctorum SS. ex 2da parte huius Libelli polonici pag. sub intitulatione. Rekreacya Chorego &c.

11. Ante quam Sacerdos excipiat confessionem infirmi, consulat Instructiones inferius positas, de modo audiendi Confessionem in quovis statu, qua peracta: & debite per Sacramentum pœnitentiæ disposito infirmo, iuxta opportunitatem temporis, atque infirmi dispositionem poterit Sacerdos aliquot breves actus lente cum infirmo dicere, quos habet in 2da parte huius Libelli polonico idiomate.

13. Quod si dæmon impediat Confessionem Sacramentalem, ut fit in obsessis, lenitivo præcepto coerceat eum Sacerdos, quod videat inferius, ubi, de benedictionibus agitur atque inveniet in Indice.

14. Si infirmitas erit periculosa, & desperata salus corporis, monebit Sacerdos infirmum: Ut quando vox eum destituerit, signo aliquo v.g. capitis motu, vel manus compressione, sibi indicet: an iterum desiderat, Sa-

cramentaliter abſolvi; quod ſi fecerit, vel etiam tale pactum infirmus cum Sacerdote inierit, ut in ipſo agone abſolvatur, poteſt abſolvi ſine Scrupulo. Ita DD.

15. Sit omnino monitus Sacerdos: ne tangat ſæpius infirmi manus & alias corporis extremitates, ad expiſcandum, utrum infirmus proximus ſit morti? ne per hoc ipſum perturbet, & alios.

16. Si infirmus perhorreſcit, & timet mortem; proponatur illi beatior vita æterna, in qua ſunt tam delectabilia, quæ Paulo teſtante Apoſtolo: *Nec auris audivit, nec oculus vidit, quæ DEUS præparavit diligentibus ſe.* Utatur hic recreatione poſita in 2da parte Libelli Polon.

17. Danda eſt abſolutio ei, qui cum loqui non poſſit, eam nutibus à Confeſſario expoſcit; *Ita DD. Canones, & Rituále Romanum iuſſu Pauli V. A.* 1615. *editum determinat.*

18. Moribundus, qui uſu linguæ deſtitutus eſt, ſi pugno pectus pulſat, ſi ſuſpirans oculos in cælum attollit, aut aliud ſignum doloris oſtendit, abſolvendus eſt a Sacerdote, qui hoc præſens videt. Quodſi dubitetur, an hæc ſigna orta ſunt, ex vi contritionis, au ex mærore & anguſtia mortis ad vitandum Sacrilegii periculum poteſt dari abſolutio cum Conditione. *Ita Amicus Fidelis Citans alios.*

19. Unus teſtis aſſerens a Moribundo petitam

tam confeſſionem, aut Exhibita ab eo contritionis ſigna fidem habere debet. imo in tali caſu D. D. cenſent ſufficere Teſtimonium Hæretici, aut infidelis.

20. Tandem pro parte Moribundi, inter plures diſcrepantes, lege quid dicat gravis author Homo bonus, in Exam. Eccl. *parte I. tract. 7. c. 18. ubi ſic habet.* Prudenter aget Parochus: Si favorabiliori illi opinioni adhæreat, quæ ſentit abſolutionis beneficium impendi poſſe etiamſi nullum confeſſus ſit peccatum, nec confeſſionem petierit, nec indicia exhibuerit, ex quibus actus contritionis vel attritionis argui poſſit, modo talis in mortis articulo conſtitutus more Chriſtiano viveret, bonuſque, ac fidelis homo æſtimaretur. Attamen ſub conditione tali moribundo abſolutio danda; quod quidem placitum in praxi referunt amplexum eſſe Clementem VIII. Pontificem Maximum, prudentiſſimum Virum: Cum enim quidam ex Fabrica D. Petri, præceps ruiſſet, & illum cadentem vidiſſet: Abſolutionem ei dedit dicens? Si capax es: *Abſolvo te a peccatis tuis.* Quæ ſententia illa ſane ratione firmatur, quod in neceſſariis ad ſalutem pars tutior eligenda & certiori periculo obviandum eſt.

21. Si ad graviter Vulneratum vocatus fuerit Sacerdos, & periculum ſit in mora integre confiteri; audito uno alteroque peccato

ab

absolvatur. Si vero Medici & Chirurgi medicamenta sua adhibuerint, integram vulnerati Confessionem (si superstes erit) iterum audiat, iterumque absolvat: Quodsi Medici tantisper desistere nolint, aut abesse non possint a vulnerato tunc satis erit Vulnerato dicere se peccatorem esse, cum non teneatur coram aliis peccata sua quamtumvis levia manifestare. *Ita Diana par. 5. resol. 36. & Sancius inselectis.*

26. Marchantius *Tract. 6. fol 7. quæst. 7. conc.* 2. Quem adducit Sporer. parte 8 Cap. 5. *De absolutione Secrament.* eadem ratione permittit absolvi cum conditione moribundum talem; Etsi nescirem an Catholicus sit, vel hæreticus (licet ipse Sporet sit contrarius)

23. Moribundum, non tantum bonus, & pius Sacerdos imo hæreticus factus & schismaticus & vitæ malæ, ac nominatim excommunicatus potest absolvere, dummodo utatur debita forma, & intentione. Citantur pro hac sententia plurimi DD. Et favet Tridentinum Sess. 14. Can. 7. Voluit nimirum Ecclesia saluti animarum consulere, ideoque amplissimam Iurisdictionem concedit Sacerdotibus, qui ratione ordinis sui, illius capaces sunt.

28. Æger innodatus casibus reservatis, non potest a quolibet Sacerdote Prima die infirmitatis absolvi, sed ab illa die infirmitatis:

quæ

quæ conſtituit infirmum in periculo mortis. *Ita Sancius In ſelectis diſt.* 12. *Nro* 5. Non tamen expectari debet omnino extremum periculum, aut ultimus mortis articulus ad hoc: Ut poſſit æger ab omnibus caſibus, a quolibet Sacerdote abſolvi, ſed ſufficit, Ut vere verſetur in periculo.

25. Quodſi peccata reſervata, annexam habeant excommunicationem, præſertim majorem dicit Diana *par.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 67. Quando Sacerdos abſolvit pænitentem ab excommunicatione maiori, caveat ne abſolvat non præmiſſa ſatiſfactione, quæ omnino requiritur in quovis, ſic obligato, & de iudicio Confeſſarii fieri debet, iuxta Clementinam, 1. *de hæreſi*. Quodſi autem commodo fieri non poteſt: abſolvat cum debita cautione, ſecundum gloſſam eiuſdem, quæ cautio fiat per fide iuſſores, vel cum pignore, ſi eam dare poteſt; Sin minus, debet ſaltim eam, quam dare poteſt iuratoriam videlicet: Si vero caſus neceſſitatis urget, & nihil horum fieri poteſt abſolvat; Cum ad impoſſibilia nemo obligatur. Debet inſuper Confeſſarius, imponere onus hoc pænitenti, ut ceſſante morbo, præſentet ſe ſuperiori, qui extra caſum illum, de iure poterat eum abſolvere, commune faciendo; quod ſi ſe non præſentaverit, eandem cenſuram incurret. *Ita Belloc. in praxi Theol. mor. p.* I. 4. 2. *num.* 136.

Fenellus de casibus reser. c. 8. n. 9.

26. *Notandum*: Absolutus autem a reservatis, quæ censuram annexam non habent, etiamsi convaluerit, non tenetur se ulli superiori præsentare, quia ab eis absolute sine tali ulteriori obligatione absolutus *est, Ita Sanctorius de casibus Pap. c. 13. n. 147.*

27. Etsi in alio casu, vocatus Sacerdos ad infirmum, accurret simul cum Eucharistia comitante populo, advertatque pænitentem, multas confessiones invalidas fecisse, vel ita implicatum; Ut confessio eius notabile exigat tempus, adstantes autem qui secum venerunt, in comitatu, longa nimis expectatione, & tædio afficiantur, aut scandalisentur, docet *Zambranus, loco de sacram: pænitentiæ c. 4. dub. 6. num. 5. Et Jacobus Granadus apud Dianam resolutione* 75. Posse pænitentem absolvi non finita integra Confessione. cum onere tamen confitendi integre facilitato, & commodiori tempore.

28 Confessarius credens infirmum statim moriturum, & iam pene deficere viribus, & sensibus incipiendo Confessionem, audito tantum uno peccato mortali, potest eum absolvere, & si redeat ad se, & vires assumere videatur, deinde reliqua peccata, de integro audire, & absolvere. *Vid. Bonacinam de sacram, disp. 5. q. 5. sect. 2. pun. 3. n. 18.*

29. Infirmus, qui alteri famam, vel pecu- niam

niam iniuste abstulit, statim ante mortem, si commode potest restituat, nec absolvatur, donec hæc opere impleat nisi forte adsit impossibilitas, & ille morti approximet: Neque hæredibus eam curam in Testamento demandasse sufficit. Ratio est: quia iste qui per hæredes tantum restituere vult, non habet nisi conditionatam Voluntatem restituendi, si videlicet moriatur, alias non; Unde patet male ad absolutionem dispositum (multos in hoc passu citat Philippus servius, alias amicus Fidelis, inter alios *Toletum Lib. 5. de Instruct. Sacerd. c. 24. n. 6.* Si loquentem affert) *Qui cum possit, & debet, non vult restituere, peccat mortaliter, & quo magis differt, gravius peccat; Et quoties occasio commoda restituendi se offert, non statim vult restituere, & non curat advertere, mortaliter rursus peccat! Unde multum falluntur, qui debita, cum possint, nolunt solvere differentes usque ad mortis Testamentum & qui sic discedunt; in peccato discedunt.* Sic ille.

Peccant etiam (inquit idem Toletus) qui bona habent dubia, & de quibus certi non sunt, an propria sint, & differunt id elucidare usque ad Testamenta in quibus etiam, ut dubia relinqvunt, cum teneantur statim, quando commodè possunt id declarare. & si forte debent, restituere. *Hactenus Toletus.*

Læthaliter vulneratus moriens, rancorem contra inimicum remittat & signa externa

ran-

rancoris deponat. actio vero ſive ſatisfactio pro injuria accepta, ſibi debita a Legitimo Judice peti poteſt. Satius tamen moneant Confeſſarii tales pænitentes, ut utrumque lædenti remittant, id eſt: & rancorem, & actionem injuriarum, ne ideo tantum vindicta expetatur, ut lædenti male ſit & læſus, in illo lædentis malo tanquam in ſuo bono acquieſcat; quod eſſet contra charitatem Proximi. *Ita amicus fidelis fol.* 338.

Inſtructio Secunda.

De Sacratiſſima Communione ritè infirmis adminiſtranda, in qua reſolvuntur caſus intervenientes.

I.

COmmunio Sacratiſſima ſeu Viaticum Corporis Domini noſtri JESU Chriſti ſummo ſtudio, ac diligentia moribundis procurandum eſt; ne forte contingat illos, tanto bono privatos ex hac Vita decedere; Unde venerabilis Euchariſtia debet moribundo dari per modum Viatici tum temporis; dum probabile eſt; quod eam moribundus non poterit amplius ſumere.

2. Sciendum eſt: Communionem ordinariam differre a Communione, quæ datur per modum viatici; nam per Communionem ordinariam, petimus gratiam bene vivendi; per hanc autem, quam ſumimus per modum Viatici, petimus gratiam bene moriendi; Id ipſum ſonare videtur nomen VIATICI, Quid

enim

enim est Viaticum? nisi annona; sive commeatus ad futurum iter æternitatis.

Forma Viatici hæc est.

Accipe (Fr. vel Soror) Viaticum Corporis Domini nostri JESU Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducat te ad vitam æternam Amen

4. Qui mane communicavit, vel missam dixit, & postea eadem die incidit in periculum mortis, potest adhuc non jejunus sacrum viaticum sumere. *Ita Amicus Fidelis cum aliis in suo Libello de infirmis. Vide rationes ibi.*

5. In eadem infirmitate, quoties (post meliorationem qualemcunque) ingruit periculum mortis, potest per modum Viatici sæpius licet non sit jejunus communicare infirmus. *Ita Amicus Fidelis cum aliis fol.* 355.

6. Si contingat Confessarium excipere Confessionem in lupanari, (alias w nierzadnym Domu) etiam si persona rite confessa sit, non illuc deferenda est Sacratissima Eucharistia, nisi ad Domum honestorum hominum; Propter reverentiam Sanctissimi Sacramenti unde curet Sacerdos, personam talem infirmam tempestive ad domum honestam, (si tamen commode fieri poterit) transferri.

7. Si infirmus, non possit deglutire aliquid de cibo sine haustu; potest ei dari Communio, imposita particula hostiæ cum Vino vel alio liquore in Cochleari. *Ex Clem. Bolesla.* Sacerdos celebrans, & non habens parvam

Hostiam, Lajco dari solitam, potest partem parvam Hostiæ suæ consecratæ in missa dare infirmo. *Ex Eodem Clem. Boles.*

8. Deliranti, intervalla non habenti non est danda ullo modo communio sacra, licet ante dementiam eam petierit; idque propter periculum magnæ irreverentiæ Sacramenti: nam delirans potest Eucharistiam non deglutire, imo exspuere. *Ex eodem.*

9. Damnato ad mortem, si ejus supplicium differri non potest, danda est sacra Communio etiam si non jejuno, licet etiam post horam ducendus sit ad mortem, *Ex eodem Clem. Boles.*

10. Infirmo Vomitum patienti, si nihil cibi, vel potus retinere potest non est danda Communio, si vero modicum cibi retineat, fiat experientia cum Hostia non consecrata, quam si retineat, poterit ei dari, etiam consecrata. Quod si contingat, ut sumptam Eucharistiam euomat, accipiatur decenter, & in sacro reponatur loco, & cum sacræ Species corruptæ fuerint in sacrarium projiciatur. *Idem Clem. Boles.*

11. Si abluendo os incaute parum aquæ deglutiatur, non impedit Communionem, quia per modum saliuæ factum esse censetur. *Ita Marchantius in Horto Pastorum de Euch. cap. 2.*

12. Si in hæreticorum munus alias incidere posset Sacramentum, aut alia irreverentia

tractari, tunc etiam a non jejuno potest sumi, hoc enim licitum foret ad impediendam irreverentiam Sacramenti. *Idem ibidem.*

13. Si necesse sit, sumere reliquias post ablutionem, non est scrupulo se agendum, est enim totum illud, per modum unius actionis moralis, & complementum suppletionis præcedentis, inde intra tempus, quo adhuc moraliter persistit Mysterium (licet contingat multo tempore morari ad altare, ministrando aliis Eucharistiam), sumi possunt reliquiæ, ad illud pertinentes post ablutionem. *Idem de Communione tempore pestis danda, videatur Instruct. 22. Item de Veneficiis Instructione* 10.

Instructio Tertia.

De extrema Unctione, in cuius administratione occurrentes difficultates solvuntur.

1.

OLeum sacræ extremæ Unctionis accipiendum est quotannis novum in Cæna Domini consecratum; Vetus autem comburendum est in Ecclesia in lapide mundo, vel reponendum in piscinam sacram, Si tamen novum pro unctione Moribundorum in tempore non possit haberi, potest adhiberi antiquum; Et si non sufficiat consecratum, potest affundi non consecratum, in minori quantitate, quam fuerit consecratum, puta tamen oleum non ex seminibus, ut communiter in his partibus conficitur sed oleum olivarum. *Ex Clem, Boles.*

2. Sacramentum extremæ Unctionis, non est conferendum infirmo, communi, & leviori morbo laboranti, sed graviter infirmanti & Vita periclitanti. Non tamen differenda extrema Unctio, usque dum infirmus jam sensu, & cognitione careat, vel quod constet eum naturaliter non posse vivere, id enim non est contra reverentiam, & utilitatem Sacramenti, quod confert Sanitatem etiam corporis tempestive acceptum, *Ex eodem Clemen.*

3. Si inter ungendum incipiat infirmus agonizare, ante finitam omnium sensuum unctionem, potest Sacerdos velociter sine crucis forma, ungere unũ oculũ, unã aurẽ, unã manum, nares; vel deficiente penitus infirmo, unum tantum exprænominatis Locum dicens: *Per istam sanctam Unctionem & piissimam misericordiam suam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum, auditum, tactum, gustum, gressum & olfactum deliquisti. Ita DD. commniter.*

4. Ordinarie ante extremam Unctionem præmittenda est Confessio Sacramentalis, & sacratissima Communio ut Sacramenta necessaria ad salutem: Postea utilia, uti: Extrema Unctio, quod si vero, nec confiteri nec communicare valeat, tamen debet inungi, ne omnino sine omnibus Sacramentis decedat. *Sic DD. comm.*

5. Pueris habentibus sufficientem usum rationis, ad peccandum: Tametsi Eucharistiam

non

non receperint non eſt deneganda extrema Unctio, & Sacerdos etiamſi ex Confeſſione cognoſcat, nunquam puerum peccaſſe, debet tamen illum inungere, dicendo ſub conditione : *Si quid per viſum auditum &c. deliquiſti &c.* Nam illi hæc Unctio proderit ad robur acquirendum contra tentationes, & morbi moleſtias, atque ad gratiam augendam.

6. Perpetuo amentes, non ſunt capaces extremæ Unctionis, niſi inſtante mortis tempore ad ſanam mentem redierint,& iam quieti fuerint: Secus illi , qui inciderunt in amentiam & frænefim, hi enim , ſi ante dementiam ſigna doloris de peccatis oſtenderint vel Confeſſi , & communicati fuerint poſſunt ungi, etiam ligati, & fortiter tenti: *Ex eodem Clem. Boles.*

7. Muti, cæci, ſurdi à Nativitate ſua ſunt capaces extremæ Unctionis, & ideo debent ungi organa ſenſuum, quibus carent : Nam etſi exterius per illa non peccaverint, potuerunt tamen peccare per interiores potentias quibus organa correſpondent. *Idem Clem. Boles.*

8. In neceſſitate poſſunt plures Sacerdotes uni moribundo miniſtrare extremam unctionem, ita: ut unus ungat oculos, alter aures &c. quilibet proferendo aptam formam, non tamen poteſt unus ungere, alter formam proferre, neque unum oculum,alter alterum

&c. Item perficiente ſacerdote extremam unctionem, ſi deficiat ob aliquam cauſam) poteſt alius Sacerdos unctionem continuare, in ſenſibus non unctis, vel etiam ungere omnes ſenſus iam ab alio Sacerdote unctos. *Jdem Clem. Boles.*

9. In eadem infirmitate, infirmus poteſt iterum, atque iterum inungi, quoties periculum mortis evaſerit, & in novum, inciderit eadem infirmitate manente: *Eſt Comm.*

10. Præterea extrema Unctio conferri poteſt omnibus morti propinquis: ob morbum ob peſtem, (ſi ea ſe infectum, quis cognoſcat, & ſentiat) deinde ob morſum viperæ, ob vulnus inflictum, ſi exinde eſt periculum mortis, ob morbum ex partu (quamvis ipſe partus non ſufficit) *Jta Bonacina cum aliis.*

Modus & Ordo ungendi infirmum.

SAcerdos adminiſtrando extremam unctionem debet habere Imo Miniſtrum, etiam Sæcularem, qui eum adjuvet in tenendo, & porrigendo neceſſaria. 2do Debet dicere Pſalmos pænitentiales, & orationes adhiberi ſolitas, quod vel ante unctionem, vel poſt ſecundum opportunitatem, & exigentiam temporis ipſe perficiet, ſi non adſint tales, qui tewpore Unctionis ipſius, eos recitare poſſint. 3tio. Debet oleum ſacrum adminiſtrare, candelis accenſis, ſi plures deficiant,] ſaltem una, Menſa debet eſſe tecta Mappula mun-

da, vas in quo ſit bombacyum vel linum vulgo Iniane gałecki in ſeptem globos diſtinctum ad abſtergendas partes inunctas, item Medulla panis cum ſale ad abſtergendos digitos, & aqua ad abſtergendas Manus. Si autem in neceſſitate hæc haberi non poſſint, nullum eſt peccatum miniſtrare extremam unctionem ſine illis, modo non adſit ſumma, & ſupina negligentia; & contemptus. *Comnis, ſententia. Cum peruentum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos intranſcubiculum dicit;* Pax huic Domui. ℟ Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde poſito oleo ſuper menſam honeſte tectam accenſiſque candelis vel ſaltim una ſuperpelliceo Stolaque violacea indutus, ægro crucem ad pie oſculandum porrigit; Mox in ſignum Crucis, cum aqua benedicta, & cubiculum, & circumſtantes aſpergit, dicens. Antiph aſperges me &c. *Quodſi ægrotus voluerit confiteri (ad quod etiam inducendus eſt, ſi nondum in hac infirmitate ſit confeſſus, vel notabile tempus elapſum) audiat illum & abſolvat. Et dicat Adjutorium noſtrum &c. Qui fecit Cælum &c.*

℣. Dominus vobiſcum,
℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

INtroeat Domine JESU Chriſte domum hanc ſub noſtræ humilitatis ingreſſu æterna felicitas Divina proſperitas, ſerena lætitia charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna ✠ effugiat ex hoc loco acceſſus dæmonum: adſint Ange-

geli pacis, domumque hanc deſerat omnis maligna diſcordia. Magnifica Domine ſuper nos Nomen Sanctum tuum, & benedic ✠ noſtræ converſationi, ſanctifica noſtræ humilitatis ingreſſum, qui ſanctus & pius es, & permanes cum Patre & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oremus.

ET deprecamur Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, ut benedicendo, bene ✠ dicat hoc tabernaculum & omnes habitantes in eo & det eis Angelum bonum cuſtodem, & faciat eos ſibi ſervire ad conſiderandum mirabilia de lege ſua: avertat ab eis omnes contrarias poteſtates, eripiat eos, ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire dignetur: Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat DEUS in ſæcula ſæculorum Amen.

Oremus.

EXaudi nos Domine Sancte Pater omnipotens; æterne DEUS & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat foveat, protegat, viſitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Quæ Orationes, ſi tempus patiatur, ex parte vel in totum, poterunt omitti. Tum de more facta Confeſſione generali latine, vel vulgari Sermone Sacerdos dicat

Miſereatur tui Omnipotens, &c. Indulgentiam Abſolutionem &c.

Antequam Parochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes ut pro illo orent, & ubi commodum fuerit, pro loco & tempore, & adstantium numero & qualitate, recitent septem Psalmos pœnitentiales cum Litaniis, vel alias preces, dum ipse Unctionis Sacramentum administrat: Mox dicat.

IN Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti extinguatur in te omnis Virtus diaboli, per impositionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum, Amen.

Sacerdos.

Itaque intincto pollice in oleo sancto (orantibus aliis præsentibus) *in modum Crucis inungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum.*

Ad Oculos.

PEr istam sanctam unctionem ✠ & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti, Amen.

Minister vero si est in sacris, vel ipsemet Sacerdos post quamlibet unctionem tergat loca inuncta novo Globulo bombacii, vel rei similis eaque in vase mundo reponat, & ad Ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in Sacrarium.

Ad Aures.

PEr iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquiſti Amen.

Ad Nares.

PEr iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquiſti Am.

Ad Os compreſſis Labiis.

PEr iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piiſſimam Miſericordiam, indulgeat tibi Dominus: quidquid per guſtum, & locutionem deliquiſti, Amen.

Ad Manus.

PEr iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piiſſimam Miſericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per Tactum deliquiſti Amen.

Et adverte quod Sacerdotibus, manus non inunguntur interius, ſed exterius.

Ad Pedes.

PEr iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piiſſimam Miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per greſſum deliquiſti Amen.

Ad Lumbos ſive Renes.

PEr iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuã piiſſimam Miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per lumborum delectationem deliquiſti Amen.

Hæc autem Unctio ad Lumbos omittitur ſemper in fæminis & etiam Viris, qui ob infirmitatem vix, aut ſine periculo moveri non poſſunt.

Qui

Quibus omnibus peractis Sacerdos dicit:
Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison
Pater noster &c. secreto.
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvum fac servum tuum Domine,
℟. DEUS meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto,
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis,
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo,
℟ Et filius iniquitatis non apponat nocere ei
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DOmine DEUS, qui per Apostolum tuum Jabobum locutus es, infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in Nomine Domini & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: Et si in peccatis, sit, remittentur ei: Cura quæsumus Redemptor noster, gratia Sancti Spiritus languores istius infirmi eiusque sana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis & corporis ab eo expelle, plenamque interius & exterius sanitatem, misericorditer redde, ut ope Misericordiæ Tuæ restitutus, ad pri-

sti

ſt na reparetur officia. Qui cum Patre & Spiritu-Sancto vivis & regnas DEUS in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oremus.

RESpice quæſumus Domine famulum Tuum N. infirmitate ſui corporis fatiſcentem, & animam refove quam creaſti; Ut caſtigationibus emendatus, ſe Tua ſentiat medicina ſalvatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum Am.

Domine Sancte Pater, omnipotens æterne DEUS, qui benedictionis Tuæ gratiam, ægris infundendo corporibus, facturam Tuam multiplici pietate cuſtodis: Ad invocationem Tui Nominis aſſiſte, ut famulum Tuum ab ægritudine liberatum, & ſanitate donatum, Dextera Tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis atque Eccleſiæ Tuæ ſanctæ cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium Tuum qui Tecum vivit & regnat in unitate Spiritus S. &c.

Dźięki czyni chory, po wzięćiu oſtátecznego pomázánia oleiem Swiętym.

DZiękuięć cáłym ſercem y duſzą y wſzyſtkiemi śiłámi moimi, naymiłośierniey ſzy JEZU, żeś mnię niegodnego grzeſzniká, wſzyſtkiemi Sákrámentámi do zbáwienia moiego potrzebnymi Opátrzyć ráczył, y ktorego miłośierdźia, z dobroći twoiey, urádowáłá śię duſzá moiá w Tobie BOGU zbawićie-

lu

ku moim; bo iuż ieſt pewna zbáwienia ſwoiego, gdy ią ták kochaſz pielęguieſz, ták opátruieſz, iáko żadna Mátká, koło dźiećięćiá ſwoiego, większego mieć nie może ſtárania. Więc iuż czynń zemną coć ſię podoba naydobrotliwſzy JEZU; Weś duſzę moię, kiedy chceſz; Gdyś ią ták bárdzo ukochał; ktorąć ná wieki w ręce oddáię. Prágnę być rozłączony, z świátem y ćiáłem á mięſzkáć z tobą:

Tandem Sacerdos, ſic cum infirmo oret per intervalla.

Miſerere meì DEUS ſecundum magnam Miſericordiam Tuam.

In Te Domine ſperavi non confundar in æternum.

In Manus Tuas Domine, commendo Spiritum meum Redemiſti me Dńe DEUS veritatis

DEUS in adjutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me feſtina.

Eſto mihi Dominè in DEUM Protectorem DEUS propitius eſto mihi peccatori.

Dulciſſime Domine JESU Chriſte, per virtutem ſanctiſſimæ Paſſionis Tuæ recipe me in numerum electorum tuorum.

Domine JESU Chriſte, ſuſcipe Spiritum meū

MARIA Mater gratiæ, Mater Miſericordiæ, Tu nos ab hoſte protege, & hora Mortis ſuſcipe.

Sancte Angele DEI mihi Cuſtos aſſiſte.

Omnes Sancti Angeli, & omnes Sancti, in-

intercedite pro me & mihi ſuccurrite.

Hæc & his ſimilia, poterit prudens Sacerdos vulgari vel latino ſermone, pro perſonæ captu morienti ſuggerere.

Quo Officio præſtito, antequam diſcedat, dicere poterit Pſalmum aliquem ex Pænitentialibus, vel Pſalmũ

Qui habitat in Adjutorio Altiſſimi &c. cum Gloria Patri &c. Poſtea dicat.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem,

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac ſervum tuum Domine,

℟. DEUS meus ſperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto,

℟. At de Sion tuere eum.

℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis,

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo,

℟. Et Filius iniquitatis non apponat nocere eĩ

℣. Eſto ei Domine turrris fortitudinis,

℟. A facie inimici.

℣. Dominus opem ferat illi,

℟. Super lectum doloris.

℣. Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS cui proprium eſt miſereri, ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram,

ut nos & hunc famulum Tuum, quos delictorum cathena constringit, miseratio Tuæ pietatis clementer absolvat.

DEUS infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilii Tuì super famulum Tuum ostende virtutem, ut ope Misericordiæ Tuæ adjutus, Ecclesiæ Tuæ sanctæ incolumis repræsentari mereatur.

Concede hunc famulum Tuum, quæsumus Domine DEUS perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ MARIÆ semper Virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, & æterna Perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Et benedictio DEI omnipotentis, Patris ✠ & Filii, ✠ Spiritus Sancti, descendat super Te, & maneat semper ℟. Amen.

Denique Aquam benedictam & Crucem coram eo relinquat, si non habet, ut eam frequenter aspiciat, & pro sua devotione osculetur & amplectatur. Admoneat domesticos ut si morbus ingravescat, & agonizet: Statim Parochum accedant, ut morientem adjuvet. Sed si mors immineat priusquam discedat, Sacerdos animam DEO commendabit.

Instructio Quarta.

Quomodo se gerere debet Confessarius in audiendis ordinarie Confessionibus, varii status pænitentium.

I.

CONfessarius accessurus ad Administrationem Sacramenti pænitentiæ, prius semet-

ipſum, antequam alios in quo ſit ſtatu Intelligat, cognoſcat, & ad digne, & fructuoſe exequendum hoc munus ſuum ſe per idem Sacramentum pænitentiæ diſponat, vel ſaltem conterat, Et quoniam etiam interpolitiores in hoc negotio ſalutari tam ſunt rudes, & minime inſtructi multi, ut venientes ad confeſſionale, tanquam mutos ſe eſſe oſtendant, expectantes, quatenus de aliquo interrogentur à Confeſſario, ideo, prudenter agetCon feſſarius ſi ſvaviter & lente adjuvet pænitentem in ejus ruditate & ad intelligendum illius ſtatum inquirat, quam pridem ſit Confeſſus, abſolveritque ſibi aſſignatam pænitentiam. Intelligat præterea Confeſſarius; utrum pænitens in præterita Confeſſione aliquod non ſubticuerit ſcienter & volenter peccatum mortale, utrum ad præſentem confeſſionem acceſſurus examinaverit conſcientiam Suam, quibus nam peccatis offenderit Majeſtatem Divinam, in quo plenarie pro ſemper ſvaviter informandus eſt. Item interrogetur: Cujus ſit ſtatus pænitens ſuus, ſit ne coniugatus, vel liber, artifex, Mercator, ſervus aut Dominus &c. cognito enim ſtatu pænitentis facile erit peccatorum ſpecies qualitatem & pondus æſtimare, atque circumſtantias, tam aggravantes, quam minuenes peccati Malitiam intelligere, & exinde pænitentem iudicare diſponere & abſolvere.

2. Si vero pænitens de modo confitendi minimè ſit inſtructus, nec ullum peccatum contra ſe affert, (ut non raro accidit) tunc Confeſſarius, patientiſſimum ſe oſtendat, nullo modo confundens, aut increpans pænitentem, ſed lente & ſvaviter inquirat ex eo aliquem defectum ut illi abſolutionem impendere poſſit, (cum hæc nullo modo impendi debeat, ſi pænitens nullũ fateatur peccatum) Cumque per varias interrogationes & illas ſvaves, Confeſſarius ſecundum ſtatum, & conditionem pænitentis nullum peccatum intelligere & colligere poſſit. Hoc utatur modo. Inquirat & interroget eum, utrum ſciat omnia rudimenta fidei ad ſalutem neceſſaria percurrat cum eo Catechiſmum quem ſicut difficile eſt, omnem pænitentem ſcire, ſic & pænitens talis, qui nullum fatetur peccatum, inventus aliquid ignorare de Catechiſmo, debebit fateri & recognoſcere (inſtante Confeſſario) defectum ſuum; Quod ſi contingat pænitentem, Catechiſmum & Doctrinam Chriſtianam perfecte callere: Inducat eum pænitentem Confeſſarius, quatenus agnoſcat torpedinem ſuam quod talentis a DEO acceptis, non ſic eum amaverit, non ſic voluntati ejus obtemperârit &c. ſicut debuit! Et jam habebit Confeſſarius Materiam abſolvendi talem pænitentem, ſi autem Confeſſarius nullo modo nullaque arte & prudentia expiſcari

possit a pænitente materiam absolutionis, remittat & expediat eum a confessionali, in benedictione Crucis, cum plena tamen instructione, ut animadvertat suos defectus, & quascunque passiones, quas postea confiteatur, ut absolutionem obtineat.

Hinc pessime faciunt Confessarii, qui rudes, & ignorantes ejusmodi furibende cum increpatione rejiciunt a Confessionali injungendo ut discant, Nam: iuxta Prophetam *Populus ab ore ipsorum requirit scientiam.* Hi enim miseri, non habent communiter a quibus doceantur, cum vel ipsorum Parentes, vel sub quorum cura sunt, ipsimet sint Idiotæ, atque ita rejecti, loco consolationis, & fructus spiritualis, in majores animi angustias, cum horrore sacramenti Pænitentiæ conjiciantur.

Et quamvis officium Confessarii per se non sit, interrogare pænitentem, sed illum confitentem audire nihilominus dico cum Reginaldo de prudentia Confessarii c 2. p. 3. Quod inquantum Confessarius fungatur officio Judicis & Medici, ad intelligendum statum pænitentis, & dandam præservativam ad vitanda peccata, tenetur sub peccato mortali ad faciendas interrogationes debitas, quoties advertit & credit aliquid esse, de quo necessarium sit pænitentem interrogari.

Sed dicet aliquis: Si Confessarius tempore concursus ignorantes doceret, paucorum

Confessiones; cum nausea & murmute multorum expectantium expediret; R. Reginaldus ipse cap. 1mo, Pertinet ad prudentiam Confessarii, ut velit potius duos audire bene, quam viginti perfunctorie, & quod sæpe fit: periculose, damnose, & invalidè. Non est igitur justa causa, propter magnum concursum hominum prementium se, perperam pænitentes audire, & non pacificatos in conscientia dimittere; Nec liberum est Confessario, confitentes ita urgere ad expediendum se, ut non valeant integre detegere conscientiam suam; Unde plerumque contigit tales pænitentes (quando incidunt in diligentiores, & perspicatiores Confessarios, qui prudentibus interrogationibus eos adjuvant ad integram Confessionem) quærulari contra præteritos Confessarios, quod non sint ab eis interrogati, neque examinati, & cum mortalibus plerumque gravissimis sine eorum confessione, cum illorum amaritudine & inquietudine Conscientiæ a Confessionali dimissi. Et sæpe fit ut tales pænitentes eo instanti ad serenandas conscientias suas, quærant sibi alios Confessarios, coram quibus explicent integre Conscientiam suam, & exonerent, maneantque quieti, & dulcedine perfusi, qui modo amaritudine torquebantur. Quoniam ergo a Confessione vel salus, vel interitus animæ pendet, meminerint Confessarii, ma-

ture, prudenter & benigne etiam in maximorum peccatorum auditu se gerere, & ostendere, imo in omni charitate, mansvetudine, & compassione super fragilitate naturæ humanæ, pænitentem ad clare, & integre elucidanda peccata sua allicere, quatenus se integre, & perfecte explicet in suæ conscientiæ difficultatibus. Tandem audita patienter integra Confessione, intellectisque, per causas, & modestas interrogationes circumstantiis necessariis peccatorum, interroget ultimarie utrum præter hæc quæ confessus est, non habeat gravatam Conscientiam aliquo alio peccato mortali, quocunque tempore ab ipsa juventute in Confessionibus Celato. quod si fateatur pænitens, examinetur, per quot annos illud celaverat, & utrum voluntarie ob pudorem, vel timorem sacrilegæ enim essent Confessiones: Ac denique monitione paterna data cavendi serio in posterum ut peccata offensa Maiestatis divinæ explicata, pæna æterna inferni remonstrata; promissione emendationis Vitæ, & detestationis peccatorum, verique doloris expressione accepta, pænitentiaque congrua, prudenter secundum statum, & conditionem, & possibilitatem pænitentis assignata, absolvat intentione prævia cum debita forma, & in Nomine Domini dimittat pænitentem.

Contigit non raro: ut Confessarius, audita

confessione nimium distractus, aut occupatus circa instructionem vel admonitionem pænitentis obliviscatur absolutionis, recordatur autem, primum cum jam recessit pænitens; Tunc si ita longe recessit, ut sit extra conspectum, & sensum confessarii, ut omnino physice, & moraliter absens censeatur, non poterit amplius è Confessionali absolvi, si vero pænitens adhuc sit vere moraliter præsens, ut pote intra non multos passus, inter conspectum, & sensum confessarii & incommodum sit illum revocare vel adire, omnino poterit, & valide & licite absolvi juxta Communem DD Fusius Tractat Szporer de absolut. Sacri. p. 3. c. 5. v. 612.

Quándo autem pænitens omnino excessit præsentiam moralem, & tu oblitus absolutionis & primo post aliquod horas recordaris, sitque tibi tunc pænitens tuus præsens, tutissime ages si eum absolvas, si non esset commodum præmonere eum de oblivione, ut illam scienter recipiat, quod esset convenientius; Quare recte fecit Sacerdos quidam oblitus absolutionem dare pænitenti, qui post aliquot horas, dans communionem inter alios eidem pænitenti non absoluto, recordatus se eidem non dedisse absolutionem, prius antequam porrigeret Communionem tacite absolvit eum dicen; *Ego te absolvo a peccatis tuis &c.* Et mox *Corpus Domini nostri &c.*

Hinc consultissimum est: ut ubi multus concursus hominum ad Confessionem esse soles præsertim diebus Paschalibus & aliis præcipuis solemnitatibus; Confessarius, sive quis alius potestatem habeus saltem mediam horam impendat: & breviter ac fructuose confessuros instruat simplicibus & intelligibilibus verbis, prout timorati Pastores de reddenda ratione ovicularum suarum in suis Parochiis facere consvevêrunt, & vere ad rite confitendum populum edocuerunt, quem etiam modum in praxi Curæ Pastoral. c. 7. No. 16. Possevius, tradit. Scripti autem ejusmodi congregato ad Ecclesiam populo legendi potest esse tale exemplar quale vide in 2da Parte huius Libelli Polonici, sub Titulo Wypráwá Duchowna cum aliis Doctrinis fructuosis fol. 29. Item fol. 33. Ex ea enim Lectione & auditione non solum rudes & simplices, sed etiam & politiores atque doctiores facile cognoscent peccata sua & ea sine iactura gravi temporis, circa examen in Confessionibus consumandi, facile Confessario declarabunt.

Instructio Quinta.

Quomodo se agere debeat Confessarius, audiens Confessionem quorumvis juvenum utriusq; sexus.

Imo

Isti cum passim nesciant modum, & praxim rite & debite confitendi, nec vim Sacra-

menti pænitentiæ percipiant, & ſæpe accidit, ita rudes inveniri, ut minimà (præſertim rurales inſtructi) ſciant: quid venientes, (ex mandato tantum Parentum, vel Dominorum) ad Confeſſarium, dicturi ſint, & ad quem finem inſtituta ſit confeſſio ſacramentalis, & quis ejus finis eſt; nec quidquam afferunt contra ſe de peccatis Confeſſario; Sed ſicut trunci, cum veniunt hærent; Tales leniter & ſvaviter ſunt inſtruendi; Et quidem: ut accedentes ad Confeſſarium, muniant ſe ſigno ſacræ crucis, (quod etiam in adultis advertet frequentius non fieri) ut dicant Confeſſioné communem, qualis eſt: *Ja grzeſzny ſpowiádam ſię &c.* Et moneantur, ut ſic ſemper faciant, (quamvis hoc non eſt eſſentiale ad Valorem Sacramenti, & quandoque in magna frequentia pænitentium intermitti poteſt)

2. Interrogandi ſunt: an ſciant rudimenta Fidei, videlicet: *Pater noſter, Credo, Decem DEI præcepta, ſimul & Eccleſiæ. Myſterium SS. Trinitatis, & incarnationis &c.* qui, ſi nihil penitus de his ſciunt, nec percipiunt vim Sacramenti, non ſunt abſolvendi nec communicandi, ſed ſvaviter cum inſtructione dimittendi, ut diſcant, & deinde faciliori, tempore cum didicerint veniant; Tamen ſi ex nunc percipere poſſint ex ſvavi, & ſedula inſtructione Confeſſarii, non ſunt rejiciendi, quia talis rejectio frequeuter cauſat inter Parentes, Tu-

tores, vel Dominos illorum, aliquám turbationem, & confusionem.

3. Intellecta ruditate, & simplicitate Confessarius talium; interroget, necesse est: Quid sit Confessio? quæ eius vis, & fundamentum, quid in ea agendum sit; De qua causa, & necessitate, tam illi, quam alii homines, qui solent confiteri, hoc faciunt, quando ad Confessionem veniunt; quid facturi & dicturi sunt. Et si hæc ignorant (ut vere plures ejusmodi etiam in adultis reperiuntur) omnimode cum svavitate, non furibunde instruendi sunt. Scilicet: Quod venire ad Sacerdotem, gratia Confessionis, nihil aliud est: quam accusare se, & enarrare, ac fateri fideliter, & integre, cum humilitate, & dolore peccata sua; id est: Quidquid mali fecerint; cogitaverint, & locuti quandoque; Et subjungendum est illis, ut plene intelligant vim Sacramenti pænitentiæ: quod quilibet homo, malefaciens, cogitans & loquens, meretur pænam á Domino DEO, secundum qualitatem delicti, etiam æternam, quando vero peccata sua, quæ commisit, confitetur, & fatetur coram Confessario, tanquam coram ipso Christo, cum dolore, & proposito cavendi in posterum peccata: tunc absolvitur a Confessario, & iam est liber ab indignatione DEI æternamque damnationem evadit! Si tamen contingat hominem relabi iterum, & peccare; moneatur?

Ut

Ut in futura Confeſſione, fideliter omnia confiteatur, & omnino nihil celare audeat, alias, multo magis, per hoc ipſum peccaret, & infernum mereretur, præſertim ſi grave aliquod peccatum mortale ſubticuerit in Confeſſione Sacramentali.

4. Et ſiquidem, non eſt dubium, quin in pueris inveniantur peccata (præter communes quotidianos defectus) graviora, utpote ludi, & joci turpes, actuſque carnales, in quæ ſive ductu naturæ, ſive ab aliis ſcandaliſati paſſim labuntur, & ea peccata etiam de naturali verecundia ac timore verentur ſponte fateri, & frequenter interrogati negant, ideo ſed caute nimis, ne innocentibus manifeſtetur, quod neſciunt, novaquè detur ipſis occaſio labendi, interrogandi ſunt a longe, quod paſſim fit in pueris. An mendacia commiſerint? An juraverint? An Parentibus, & aliis ſuperioribus ad bonum imperantibus obedierint? An maledixerint? An rixati fuerint? An verba ſcommatica, & inhoneſta locuti? An Nomen Domini invanum invocaverint? An alieni aliquid ſurripuerint? An alios falſo, vel ex invidia, vel ex ira accuſaverint &c

5. Deinde procedendum ulterius: An inter ſe ipſos pueros (quod etiam de puellis intelligendum ſit inquirendis) luſus aliqui fuerint: An ſe, ex petulantia denudaverint: Et ſeſe inhoneſte tetigerint, An etiam pueri,

cum

cum puellis & puellæ, cum pueris luserint? An illi ludi inhonesti fuerint? An tactus impudici intercesserint? Denique an in illis ludis fuerint aliqui actus turpes, concubitus, quod vero frequentissimum inter illos invenitur, præsertim rurales: Et etiam in politioribus Domibus non raro; Sicque a talibus principiis interrogati, facile declarabunt, quæ fecerint. Insuper, præsertim adultiores, tam pueri, quam puellæ (intellecta ad lascivias facilitate, & proclivitate) interrogentur, caute tamen: an etiam non fuerint proprii corporis tactus impudici propter solam delectationem, & in his cogitationes morosæ & consensus sic faciendi. Tandem, & de aliis, quæ inde sequi facile est, secundum prudentiam Confessarii, & statum pænitentis interrogandi sunt, ut illorum sit integra & perfecta confessio, nam sine tali juvamine, loco spiritualis lucri, cum maximo damno animæ recedent pænitentes, aut potius dicendi impænitentes a confessionalibus, quod diligentes, & prudentes Confessarii, multoties experti sunt diligentius, & perspicacius, postea (cum ad se venissent) agentes.

6. Insuper, præsertim (ut dixi) adultiores interrogandi erunt: (si in his lasciviis, comperti fuerint:) utrum, in antecedentibus, & primis adhuc cõfessionibus Sacramentalibus, peccata talia, vel alia gravia non subticuerint

rint, quod esset cum majori damnatione eorum, si non fateantur &c Quibus, & similibus Confessarius prudens cognitis, demonstret, & inculcet illis gravitatem peccatorum, & pro eis damnationem in ignem æternum, Si non confiterentur ea, & vere non pæniterent. Si vero Confessarius, de his caute inquisitis, nihil deprehenderit; Moneat illos affabiliter, per salutem animarum eorum, ne occultent, nec vereantur, nec erubescant confiteri, si aliquid ex his commiserint, quia magis DEUM offenderent, & majores pænas inferni sustinere deberent, si aliquod delictum occultárent, & sacrilegam Confessionem facerent; affecuretque eos Confessarius, quod ea quæ confitentur, quantumvis turpia, & enormia, nullo modo Sacerdos cuipiam manifestare potest, etiamsi igne, & tormentis ad hoc cogeretur, ut ita sint securiores manifestare peccata suá.

7. Pænitentia talibus, etiam pro gravioribus delictis, discreta assignanda est, & quidem non ad diuturnum tempus, sed vel statim, dum per devotionem in Ecclesia morantur, vel etiam per aliquot dies (si sunt pænitentes maturiores) recitanda, ne major assignata pænitentia, vel ab iisdem negligatur, vel in aliis cognoscentibus id, admirationem pariat, & malæ suspitioni de illis det locum. Nam evenit sæpe: ut simplices sese interro-

gent

gent, quæ illis aſſignata ſit pænitentia, & ſi eſſet aſſignata ſecundum proportionem delicti, & ab aliis cognita, tunc, aut Confeſſarius cenſeretur indiſcretus, & minus prudens, aut pænitens judicaretur grave aliquid commiſiſſe.

7. Ex hac ratione, neque conjugibus, neque ſolutis, qui ſunt ſub poteſtate, & cura aliorum aſſignentur pro pænitentia, jejunia, diſciplinæ, nec ea, quæ ab aliis intelligi poſſint, ne per hoc ipſum de illis ſuſpicetur aliquod crimen notabile commiſſum: Sed aſſignari poſſunt præces aliquæ, nudis genibus flectendo (præſertim puellis, virginibus & Maritatis) abſolvendæ, aliaque ſimilia, quæ ab aliis videri, & cognoſci non poſſint.

9. Notandum etiam cum Marchantio, qui in horto Paſtorum de pænitentiæ Sacramento ſic ait: Quid aget Confeſſarius circa pueros? De quibus dubium eſt, an habeant ſufficientem uſum rationis: Et ℟. Opus eſſe Confeſſario prudentia; Nam multi veniunt, etiam poſt ſeptem, aut octo annos, qui licet peccata aliqua adferent ad Confeſſarium (forte ex aliqua inſtructione Parentum) tamen Sacramentum pænitentiæ, non apprehendunt, Unde aliqua, per modum Confeſſionis dicentes nugantur, parietes, Imagines, ſocios, in templo proſpiciunt, aliqua impertinentia narrant, nec ita ſerio ſe gerunt, ut videantur in-

telligere Sacramenti rationem; Qua propter puto: Illos non esse Sacramentaliter absolvendos, sed cum plena instructione, & monitione, ad maturius tempus differendos, ac dimittendos, cum aliqua benedictione, nisi (ut dixi) ex Instructione Confessarii id percipere cognoscantur.

Instructio Sexta.

Quomodo se gerere debeat Confessarius, excipiendo Confessiones adultorum, in quovis statu.

I.

Cum adultorũ excipiturConfessio sacramentalis,postquam se jam pænitens expedierit cum peccatis,& defectibus suis,ab immediata confessione commissis: Meminerit Confessarius,hunc habere saluberrimum morem,revera plurimis felicissimisq;probatum eventibus: ut interroget pænitentem, sive sibi notum sive ignotum, an aliquando : a juventute sua, non subticuerit aliquod peccatum mortale in *Confessionibus* Sacramentalibus, & hucusque in Conscientia sua celatum foveat, cum in quietudine,& remorsu ipsius Conscientiæ; Inveniunt enim diligentes & prudentes Confessarii non paucos ejusmodi pænitentes, qui peccata sua, a Juventute commissa, non sunt confessi, etiam ad ipsam canitiem devenientes, cujus non aliam dare solent rationem, quam eam; quod partim a Juventute pudor, & timor eorum in confessionalibus clauserit

ora

ora, partim, quod minus hæc æstimaverint; Præsertim vero (hæc eorum lachrymabilis,& frequentissima quærela est) quod nunquam habuissent talem Confessarium, qui se de his interrogasset: O quam multæ & innumerabiles per incuriam negligentiam,imprudentiam & ignorantiam Confessariorum pereunt animæ; nisi forte in ultima vitæ periodo, DEI miserentis bonitate, tales inveniant Confessarios,qui eos ex vinculis æternis solvere valeant.

2. Consultum igitur erit, cuilibet Confessario, quemlibet pænitentem(præsertim prima vice coram se Confessionem facientem) brevibus interrogare, nec pigebit tertia, & quarta vice, an non habeat oneratam conscientiam intermisso, vel occultato in aliis præteritis Confessionibus peccato mortali,& dare potest una hora, quod negarunt anni, ut commotus pænitens, fateatur, sicut revera, hoc compertum est, & experientia docet.

3. Hinc talis inventus pænitens gaudebit de tali Confessario, & lætus de sorte justificationis suæ, compunctus de processu malæ vitæ, & actionis suæ præteritæ, recedet a Confessionali, DEO reconciliatus, & in viam salutis reductus.

4. Notandum autem est cum Bonacina, & aliis, de Sacramento pænitentiæ sic loqui; Excusatur ab integritate Confessionis pæni-
tens

tens, qui per peccatum alias commiſſum, dum adhuc rudis eſſet, aut dum in puerili exiſteret ætate, conticuit, ignorans ſe teneri ad illius confeſſionem modo autem acquiſita majori ætate aut, ſaniori judicio cognoſcit eſſe peccatum neceſſario ſubjiciendum confeſſioni, debet omnino pænitens ille, recenſere peccatum, quod ante ex ignorantia occultabat, in hoc tamen caſu, non erunt reiterandæ Confeſſiones præteritæ, quia hoc, non benevole, ſed ex ignorantia faciebat. *Sic ille*.

5. Unde ſi eiuſmodi pænitens, ſive ipſe motu proprio, ſive illuminatione Confeſſarii de integritate Confeſſionis ſe admonentis, peccatum in Puerili ætate commiſſum, & nunquam confeſſum confiteatur, interrogandus eſt a Confeſſario: Utrum illum actum ſuum præteritum, ſive pro tunc, quando peccavit, ſive ſuccedente maturiori ætate ſcivit eſſe illicitum, & eſſe peccatum in confeſſione aperiendum? Si ergo ex mera ignorantia & invincibili, neſciens eſſe peccatum, illud reticebat, non cenſetur teneri repetere confeſſiones præteritas, juxta Doctores, ſi vero præ verecundia, ſive timore ſciens eſſe peccatum, illud conſulto ſubticuit, tenetur repetere omnes, Confeſſiones præteritas, utpote Sacrilegas.

6. Et quia (præſertim rudes,) ſemper vellent eſſe excuſati à peccato, non penſando

malitiam ejusdem, & offensam divinam, nisi pænam, quam metuant, ideo facile dicere possunt, interroganti se Confessario, quod illud peccatum in puerili ætate commissum, penitus nesciverunt esse peccatum, & illicitum, tunc prudens Confessarius, suaviter interrogabit; an illud perpetrarunt in oculis spectantium hominum, an in tali tempore & loco ut non viderentur peccantes, & ab aliis nescirentur se id fecisse; Si ergo respondebunt sed id non fecisse spectantibus aliis præ timore, & timore pænæ, sed in loco remoto, & abscondito, tunc non poterunt excusari ab ignorantia invincibili, quia si, sciverunt illicitum fecisse spectantibus & videntibus aliis, per hoc ipsum sciverunt esse peccatum, & debuerunt illud confiteri, nec tali excusari possunt a sacrilegio. Ita sunt, præsertim in rudibus investiganda peccata, caute prudenter, & suaviter, ut rèferant Confessarii fructus laborum suorum.

Instructio Septima.

Quomodo se gerere debeat Confessarius audiens Confessiones Conjugatorum, Viduorum, Parentum Patrumfamilias.

Prætermittendo plurima in hoc genere a multis longe & prolixe scripta Authoribus, ea tantum hic pono, quæ communiter, & semper attendenda sunt Confessariis excipientibus eorum Confessiones.

Imo

Quo ad Coniuges: Multi exiſtimant in tali ſtatu omnia ſibi licere, quod tamen falſum eſt; Itaque Confeſſarius excipiens Conjugum Confeſſiones; ſi non ſint informati: Quod illorum defectus (qui inter Conjuges accidunt, licet cum remorſu conſcientiæ fiant) debeant in Confeſſione Sacramentali manifeſtari, inſtruat eos, & quomodo ſe ſine peccato continere valeant informet; parcendo tamen, in obſervantia legum Conjugalium viventibus, niſi quos invenerit defectuoſos, & excedentes graviter leges ſuas.

2. Hinc interrogandi ſunt; (præſertim, ſi id Juvenilis ætas eorum indicat) an aliis perſonis, ex aliqua complacentia, turpi affectu, non adhæſerint: Cum conſenſu ſaltem mentali, nec tali ad peccatum, ſive tempore converſationis alicuius, ſive per imaginationes mentales, ſive in actu Conjugali, licet ſibi licito, imaginando aliam complacitam perſonam, quaſi cum ea facere, & delectari vellent, quod eſſet adulterium per talem affectum, & deſiderium, eiuſmodi tam, quam quando conjugatus cum libera, & contra, quàm, cum conjugatus cum conjugata & item è contra; tali affectu, & motu, peccare deſiderarent. In his autem lubricis; modeſte, & honeſte, verbis expolitis, & mundis tunc tantum ſunt interrogandi, quando ſe a longe cæpta materia ſporrigit percurrendo, & perſcrutando

ufque ad ultimum , in quantum communite intelligitur poffe fieri lapfus interConjuges

3. Et quia ditati aliqui Conjuges numerof prole; vir ne diminuatur fubftantia inter plu res timens, mulier autem ærumnas in partu bus: vel etiam utrumque pertimefcens, po funt(ut accidit non raro)in actibus fuis con jugalibus defraudare conceptionem, & vari is ad hoc impedimentum illicitiffimum uti fo lent modis & mediis, fi in hoc à Confeffari prudenti inveftigatione inventi fuerint vitio fi, fevere reprehendantur , & ad correctio nem omnino compellantur, remonftrato gra vi judicio DEI & pænis æternis: Nam mult plicata proles benedictio DEI eft, unde no defraudanda, potens enim DEUS eft ad d tandam eam, etiam quàm plurimam.

3 Interrogandi quoque funt: Utrum ex a liquo concepto odio inter fe, ex protervi & malitia non fint fibi obedientes? quo ad a ctus Conjugales licitos, folent enim (præ fertim fæmellæ)hac fæpe laborare protervi indignatæ viris fuis ex quacunque caufa, ne paffim hunc defectum fuum licet manifeftu & notabilem confiteri in ufu habent, de quo ferio deprehendendæ erunt: Secus vero. non obediant, nec debitum reddant ex jufta caufa,utpote: Propter notabile detrimentum propriæ falutis: Unde Febri laborantes vul nerati, non tenentur, Item in balneis : ve

statim post balneum, similiter statim post prandium, etiam non tenentur: Dolor tamen dentium aut capitis absque febri non excusat. Nam tenetur etiam reddere, alteri immoderate, aut sæpius quam par est, petenti, quia notabiliter Vires extenuat, sanitatem lædit frequentatio copulæ. *Ita Doctores.*

4. In morbis quoque diuturnis, & quasi habitualibus, ut est lepra, vel morbus gallicus, si sanus voluerit (puta sciens hunc esse morbum in suo Conjuge) non tantum licite sed etiam meritorie: ad vitandum periculum incontinentiæ, in consorte) reddet: quamvis non tenetur cum periculo infectionis notabilis.

5. Et quoniam exundante nimia sæpe numero inter Conjuges lascivia, inveniuntur quoque peccata contra naturam, quæ illi: aut præ pudore tantæ absurditatis aut ex levi pensione talis actus, quasi sibi quocunque modo, de jure Matrimonii quod mutuo ad sua corpora habent, sint liciti, nequaquam, in Confessionibus manifestant, nisi a longè & caute per prudentes Confessarios ab illis talia absurda commissa deveniantur: Ideo, (ut dixi) prudenter & a longè honesteq; interrogandi sunt: vg. an circa actus Conjugales, qui sunt liciti, non intercesserit aliqua extraordinaria turpitudo? Et inhonestas? utrum, præter ordinarium coeundi modum, non fu-

erint alio usi in actu matrimonii, præsertim præ postere agendo? Et si hoc fassus fuerit aliquis Conjugum, vel etiam aliorum Carnalium, (quod tamen Doctores non censent esse mortale, si fiat in vase naturali in Conjugalibus) procedat modesta & honesta interrogatione, an illi actus præpostere habiti, fuerint in vase competenti, & ad generandum disposito, alias si fateantur fuisse etiam actus in vase improprio, & incompetenti, tunc moneantur Conjuges gravissimum hoc esse peccatum contra Naturam, quod omnino caveant, quoniam nulla ratione excusari possunt a mortali.

6. Interrogandi sunt quoque Conjuges si habeant prolem, & si ita est, moneantur, de bona Christiana educatione, & religiosa institutione, in fidei articulis & quibusvis sciendis, in modestia: castitate & humilitate &c. Ex hac occasione habitæ prolis, (præsertim si eam intelligit Confessarius esse numerosam, moneantur Conjuges, ut non permittant adultiores Fratres cum Sororibus & etiam solas Sorores, & solos Fratres in eodem secum lecto, *Quod fusius infra ad Parentes.*

7. Interrogandi sunt adhuc Conjuges: (si hoc prudentia, & necessitas ex agnita proclivitate ad lasciviam judicaverit) utrum sese invicem, extra actum conjugalem, per insolentes, & impudicos tactus non polluerint; i-

tem: utrum, unus in abſentia alterius vel etiam non abſente altero, ex aliqua ſua ſingulari delectatione tactibus prpprii corporis ad pollutionem non excitaverint, quales tactus, etiam ſine ſecuta pollutione, ſi fiant ob delectationem ſunt illlciti.

8. Interrogandi ſunt inſuper Conjuges: utrum pacifice in concordia, ſuſtinendo alter alterius defectus vivant? quod omnino obſervare debent: Utrum unus alteri, propter aliquod conceptum odium mortem non optet? vel machinetur? Utrum in infirmitate; mutuam ſui curam habeant? tam quo ad ſalutem animæ, quam corporis.

9. Interrogandi tandem ſunt Conjuges, ſicut & omnes alii pænitentes (ut jam dixi ſupra) ſi a juventute ſua ſpontaneè & voluntarie aliquod peccatum mortalè in Confeſſionibus non ſubticuerint? Utrum ſponſi inter ſe adhuc in Sponſalibus exiſtentes, non com miſerint ſecum actum carnalem, quod minimè licitum eſt; de quo examinandi ſunt, etiam in extrema ſenectute exiſtentes, intellecto hoc, quoties repetierunt matrimonium, quia multi hoc ſibi licere putant & non confitentur.

10. *Quo ad Parentes*. Parentes, præter bonam, omnimodamque in moribus bonis: & Chriſtianis, educationem prolis moneantur à Confeſſariis, quatenus illos avertant, & cuſto-

ſtodiant, à luſibus minus honeſtis, jocis inter diverſum ſexum, nimis confidentialibus, & ſeorſivis, etiam inter Fratres & Sorores, multo magis caveant, permittere illos permixtim aſſociatos in eiſdem lectis cubare, non ſolum adultiores, verum (quantum fieri poteſt) & tenellos, quia corrupta natura in his etiam, quamvis germanis præſertim diverſi ſexus, tendit ad ſua jura; Quæ mala ſic ſecuta, ex multis ſunt excerpta & cognita.

11. *Quo ad Patres, & Matresfamilias;* In hoc omnimode præcaveantur à Confeſſariis: ut præter attendentiam debitam Liberorum ſi quos proprios habent, vel conſanguineorum in ſua tutela exiſtentium; Item præter juſtitiam ſervandam, circa ſubditos, Famulos & Famulas, atque alios operarios, ratione illorum mercedis, de ſervitæ; Præter manutentionem eorundem in pace, concordia, pietate frequentatione ad audiendas miſſas, & conciones diebus feſtivis, amoveant proximam occaſionem (quam animadvertere debent) peccati, præſertim inter domeſticos, ut ſeorſive viri, ſeorſive & fæminæ noctes peragant in ſomnis; Nam commixti ſexus impoſſibile eſt, ut non urantur, præſertim nocturnis temporibus, Igitur, ſtudeant Patres, Matreſque Familias, his obviare, & mederi periculis, tanquam DEO rationem redditurí ſi non impediant ejus offenſam, ubi illam fa-

cile videntes impedire poſſunt.

12 *Quo ad Viduos:* Viduæ, & Vidui juniores intellecta à Confeſſario per modos Inquiſitionis ſupra datos, aliqua recaleſcentia, ignis & æſtuationis, moneantur, ut forti animo reſiſtant cogitationibus, & tentationibus, commotioneſque carnis comprimant, ſumma patientia & recurſu ad Vulnera Chriſti, non enim illis licet in præſenti ſtatu admittere delectationes carnales propter commemoratos actus in matrimonio præterito habitos.

13. Viduæ vero ſenes, & aliæ quævis vetulæ, interrogandæ ſunt, præter hæc quæ iam dicta ſunt: utrum non præbuerint conſilia quibuſvis fæminis, ſive ad procurandum abortum, ſive ad illud, ut non concipiant. An præter conſilium, aliqua præparata medicamenta non ſubminiſtraverint? ſive ad præmiſſa, ſive ad mortem ſive ad amentiam, vel infirmitatem aliquam, ſive philtra amatoria. Utrum aliquibus Coniugibus ad prolificandum, vel cuicunque alteri ad impotentiam aliquid non ſubminiſtraverint? Utrum, in bonis, animalibus, ſegetibus, lacticiniis, alicui per malas operationes non nocuerint? Prudenter tamen hæc, ſecundum qualitatem perſonarum, & indicia, ſunt interroganda, & inveſtiganda. Et ſi ex aliqua Vetula cum DEI gratia, aliqua de prædictis expiſcatus fuerit Confeſſarius, procedat cum illa profundius: utrum

non habeat aliquod pactum cum Dæmone? Sed de his Consulatur locus ex industria de Veneficiis infra positus Instructione 9. per totum.

Instructio Octava.

Quomodo se gerere debeat Confessarius circa dispositionem Incarceratorum ad mortem aliquam.

I.

QUando Sacerdos invitatus fuerit ad disponendos Incarceratos in viam æternitatis, curet se ipsum esse in gratia; ut innocens nocentes judicet, ne reus cum reis in Judicio DEI reputetur.

2. Imploret assistentiam Spiritus Snncti, commendet se, & carceribus deditum Divinæ Gratiæ, atque Misericordiæ, nec non imploret auxilium Beatissimæ Virginis MARIÆ & Sanctorum, ad fructuosè obeundum munus suum.

3. His præmissis: sciat Confessarius, quod reus in carcere ad quem disponendum vocatur, non est ante sententiam Judicis publicatam de eius supplicio, excitandus ad Confessionem, ne ob spem evasionis subticeat peccatum, sed est tantum ad Contritionem cohortandus. Itaque reum ad Confessionem Sacramentalem non admittat, nisi postquam in foro profano res sint liquidæ, vix enim adigi poterit, ut omnia fateatur ob timorem, ne vel deferatur, vel cogatur eadem fateri Judici, ante tamen de Contrittone agendum

est

eſt. Delr. l. 6. c. I. S. 3. Tann. d. 4. apud Buſembaum, novæ editionis lib. 4. c. 3. de obligatione in fol. 449.

4. Si incarceratus pænitens confiteatur ſe aliquot crimina etiam ſemiplene probata negaſſe in inquiſitionibus Judicis, non urgeat importune Confeſſarius ad illa coram Judice adhuc confitenda, cum eum id licite facere poſſe, conſtat. *Ex Leſſio & aliis.*

5. Si reus ob timorem tormentorum falſum ſibi crimen impoſuit, ob quod ad mortem damnandus eſt, non cogatur ad revocationem, neque ipſi abſolutio denegetur.

6. Confeſſarius nullo modo fugam suadeat reo, multo magis ad illam cooperetur, poteſt tamen in aliis neceſſitatibus, etiam per oblationem pecuniæ inſervire incarcerato ex charitate, modo id non intendatur ad fugam procurandam.

7. Si reus in foro externo ad mortem judicatus adhuc crimen negat, & in ipſa Confeſſione innocentem ſe eſſe dicit, detur ei abſolutio, quia in foro interno magis eſt credendum, quam omnibus aliis; Interim moneatur ſerio ad illud confitendum in Confeſſione Sacramentali pro ſalute animæ ſuæ, In tali tamen caſu Incarcerati innocentiam Judici aperire, aut pro ipſo intercedere non expedit Gonfeſſario.

8. In aliis caſibus non recipiat Patrocini-

um Confessarius in se supplicii remittendi reo, quia sic reum non posset tam commode & debite disponere, nam si spe cadat reus, animum a Confessario penitus alienum habebit

9. Si reus restitutionem facere debeat, caveat Confessarius, ne aut periculum violandi sigilli, aut alia incommoda incurrat, potius curet, ut per alios (si salvo sigillo confessionis fieri possit) restitutio peragatur.

10. Caveat omnino Confessarius, ne tormentis Incarceratorum intersit, & spectet ea, sicut docet Delrius *lib. 6. c. 1. sect. 3.* propter irregularitatis periculum. Sed interim (dicit Terentius in libello de Confessione Idiotæ) non videtur, cur non alibi ex occulto ea arbitrari per rimam, aut fenestrellam possit. Ratio est: Nam aberit, & Irregularitatis periculum & scandalum, cum nemo sciat, Et vere proderit, ut quàm cruda, & periculosa ea res sit, ipse suis oculis usurpet. Quod si Concilium Antisiodorense Can 33. vetat Præsbyteris, & Diaconis ad Trepalium stare, ubi rei torquentur, id explicandum puto: quod vetet stare palam, non vero in occulto. *Sic ille.*

11. Quod si reus condemnatus ad mortem, ex pertinacia, vel desperatione confiteri nolit, Confessarius se ad preces conferat, & maxime ad Sacrosanctum Sacrificium Missæ; ubi, dum sacram hostiam habet in manu, po-

test precari his verbis: *Si merui O Domine gratiam in oculis Tuis, & si placuerit Tibi, dona mihi hanc animam, pro qua rogo!* Tum aliorum piorum implorandæ sunt preces, insistetque ipse Confessarius mortificationibus, & promittat aliquot Sacrificia pro animabus offerenda, ut cor ejus inclinetur

12. Dissimulet non nihil Confessarius, sistendo à sermonibus de Confessione, & potius de aliis rebus indifferentibus, aut solatiis ad mortem conducentibus loquatur, ipse interim maxima charitatis, & humilitatis opera exerceat. Narret historias aliquas, de Regno & gloria Cælesti, de pænis infernalibus; De felici transitu Magdalenæ, Latronis, aliorumque peccatorum; Pluresque juxta SS. Doctores, ex tormentis, & furcis, quàm ex lectis salvari: Alias quoque producat Historias de obstinatis, & impænitentibus peccatoribus, quàm infeliciter obierint. Præsertim inducat tot Martyres sua sponte maxima subiisse tormenta propter assecutionem cælestis gloriæ; Inducatur Stephanus Martyr, Catharina tenella Puella, Agatha, Margaretha, Barbara &c. quibus non fuit mors opprobrium, ex tormentis, rogis, & furcis, sed præmium.

13. Fraudes etiam Dæmonis in talibus, à multis superatas in ipsa morte, & elusas, æternitas felix & infelix proponantur; Roget per merita & sanguinem Christi, ne suam negli-

gli-

gligat ſalutem, quam oblatione ſuæ mortis, & tormentorum facile conſequi poteſt; Caveat tamen Confeſſarius; ne illum aliqua acerbitate, aut verbo acriori perſtringat, vel aliquo modo increpet.

14. Non relinquat Confeſſarius reum ad ipſum locum ſupplicii, ad quem in egreſſu, ſi nolit orare, nec audire Sacerdotem ſuadentem ſibi ſalutaria, cruce muniat, aqua benedicta aſpergat, non ipſum urgeat invitum orare, ſed potius cum ſociis oret illa lingua, quam reus callet, ſvaviter nonunquam illum alloquendo, & remonſtrando brevibus verbis appropinquare ſibi Paradiſum Cæleſtem, ſi pænitens, & confitens vitam hanc temporalem finiat; In loco etiam ipſo ſupplicii, petat omnes Adſtantes: ut pro eo orent, quibus hiſce ſequentibus, vel ſimilibus ipſe præire poterit.

Oratio dicenda cum Populo pro obdurato & confiteri nolente ſupplicando.

BOże ſtworco Niebá, y Ziemie, ſędźio żywych, y umarłych, ktory chcąc człowieká grzeſznego zbáwić, zeſłałeś iednorodzonego Syná ſwego ná ten świát, áby dla niego Krew ſwoię przenayświętſzą przelał, y żeby przez niego káżdy y naywiękſzy grzeſznik był zbáwiony, ſupplikuiemy pokornie Máieſtatowi twoiemu Boſkiemu, y miłoſierdziu nieprzebránemu, ábyś ná zátwárdziáłe

ſer-

ſercá náſze do pokuty miłośierne ſwoie obroćił oczy, iákoś ie obroćił ná Mágdálenę grzeſznicę, Piotrá zápieráiącego śię Chryſtuſá Páná, y BOGA ſwego, ná Łotra, y wielu innych grzeſznikow, y rácz nam dáć dla zaſług, y miłośći ukochánego Syná twoiego JEZUSA Chryſtuſá odkupićielá náſzego, prawdźiwą ſkruchę y żal za grzechy káżdego czáſu, á oſobliwie w godźinę śmierći náſzey. Weyrzyi miłośiernie, y ná to ſtworzenie twoie, á day mu łáſkę pokuty, y zbáwienie wieczne otrzymáć z wielkiego miłośierdźia twoiego.

JEZU naymiłośiernieyſzy, ktoryś śmierć czártá, y piekło zwoiował, nie day czártu przeklętemu mocy nád duſzą tego mizernego człowieká, wybaw go przez miłośierdźie twoie od śmierći wieczney, wybaw od mąk piekielnych, á náwroć duſzę iego ná drogę zbáwienną, y day mu żal ſerdeczny za grzechy, y zbáwienne żyćia iego dokończenie.

Mátko wielkiego BOGA dla nas wćielonego, naymiłośiernieyſza, y Pánno nayłáſkáwſza MARYA, dla tey miłośći, z ktorey BOG ſtał śię człowiekiem wźiąwſzy ćiáło ſwoie przenayświętſze, z przeczyſtey krwie, y ćiáłá twoiego, zá ſpráwą Duchá przenayświętſzego, ziednay miłoſierną łáſkę temu ſercu y uproś ſzczery żal zá grzechy.

Wſzyſcy Swięći Páńſcy, ktorzy prágnie-

ćie

ćie, áby káżdy człowiek był zbáwiony, y z wámi wiecznie w roſkoſzách Niebieſkich w chwale nieſkończoney wielbił BOGA ſtworcę ſwego, Uproście zátwárdźiáłemu temu ſercu, doſkonáły żal zá grzechy, y ſzczęśliwe dokończenie żyćia, przez miłośierdźie Boſkie nieprzebráne.

15. Si reus inconfeſſus, & impænitens, jamque exiſtens in ſcala, vel rogo, vel gladio, confiteri velint, tunc omnino rogandus eſt Judex, ut illi tantiſper indulgeat, quatenus uonfiteri poſſit, cujus ſub pallio vel alio velamine confeſſionem excipiet; ſi autem noluerit Judex expectare, monendus eſt reus: ut doleat ex toto cotde, & ut habeat ſpem in miſericordia DEI, cujus audita expreſſione doloris, abſolvat eum Confeſſarius, ſicut etiam illum, qui licet jam ſit ante confeſſus, ſi adhuc in Scala, vel rogo, Confeſſionem petat & Judex concedere nolit ſimiliter abſolvat.

16. In egreſſu ad locum ſupplicii, quam etiam in ipſo loco, Sacerdus dicere poterit cum pænitente ſupplicando Litanias de nomine JESU quas habet infra w Polſkiey cząſtce. Item Litanias de Paſſione Chriſti, quas ibidem inveniet Haſque ſi tempus ſuperſuerit, ſive in eggreſſu, ſive in itinere aut ipſo loco oratiunculas recitabit.

Hic aſſume actus ex Polonico Libello pro opportunitate temporis. Onay

O Naymilſzy JEZU, teraz przypominam ſobie onę gorzkośći pełną drogę twoię ktorąś ná gorę kálwáryiſką uczynił dla zbáwienia moiego, proſzę ćię pokornie, zmiłuy śię nádemną mizernym grzeſznikiem, á wſpomoż mnię miłośiernie w tey gorſzkiey drodze moiey.

O JEZU naymiłośiernieyſzy, przez owo miłośierdźie twoie, kiedy wiſząc na krzyżu, modliłeś śię do Oycá przedwiecznego, zá krzyżownikow twoich, pokaſz że y teraz toż miłośierdźie twoie nádemną grzeſznikiem, á odpuść niepráwośći moie.

JEZU naydobrotliwſzy ktoryś przed ſkonániem ſwoim, ná krzyżu wiſząc oddałeś w opiekę Ianowi świętemu, Mátkę twoię przenayświętſzą, y tegoż Ianá, oddałeś Mátce ſwoiey zá Syná, oddayże y mnie teraz Mátce twoiey przenayświętſzey, áby nie dáłá zginąć duſzy moiey.

JEZU nayukocháńſzy ktoryś konáiąc ná krzyżu, w ręce Oycá twego przedwiecznego, oddałeś nayświętſzego Duchá twoiego, Pokaż że nádemną miłoſierdźie ſwoie, á day mi tymi ſłowy zákonczyć żyćie moie, y mowić: W ręce twoie Boże ſtworco, y odkupićielu moy oddáię duchá moiego, iákoſz chcę, y prágnę, y ſtánowię przy żalu ſerdecznym temi ſłowy zákończyć oſtátnie tchnienie moie.

O JEZU naysłodszy; o naymilszy J E Z U; Weyrzyiże z wysokiego niebá, y obroć łáskáwie oczy twoie miłosierne na mnie mizernego grzesznika, ktory w ćięszkich tesknośćiách y boleśćiách tę ostátnią drogę moię odpráwuię.

Przypomniy sobie o nayukocháńszy JEZU, w iákim smutku zostawałes; kiedyś od kátow okrutnych ná gorzką śmierć krzyżową prowádzony był: Pátrzże też teraz; w iákich y ia mizerny grzesznik zostáię tesknośćiách: kiedy mnię w ćięszkim żalu moim ná śmierć prowádzą: A iáko ná ten czás wszyscy miłosierni ludźie y Przyiaciele twoi mieli politowánie nád tobą, ták y ty naywiększy ze wszystkich Przyiaćielu y naymiłosiernieyszy JEZU, pokaż, nádemną politowánie twoie, y day mi szczęśliwe żyćia dokonánie.

Ante ipsum supplicium dicat Sacerdos cum reo:

O Pánie JEZU Chryste, protestuię się przed Tobą? Ze w prawdziwey wierze, w státeczney, y mocney nádźiei, y w gorącey miłośći twoiey umieráć chcę; á ná znák tego ochotnie idę ná tę śmierć, iákoś ty szedł ná sromotną śmierć krzyżową dla zbáwienia moiego. Odpuszczam wszystkim dla miłośći twoiey wszystko.

JEZU przez gorzką mękę twoię Zmiłuy się nádemną.

JEZU przez gorzką śmierć twoię, niech z tobą żyię ná wieki. JE-

JEZU przez miłość twoię odpuść mi grzechy.
JEZU przez dobroć twoię zbaw duſzę moię,
W ręce twoie Boże nieſkończony oddáię duchá moiego teraz y ná wieki. *Repetatur hoc quamdiu ſpirat.*

Inſtructio Nona.

Quæ nam in diſpoſitione Veneficarum accurate obſervanda ſunt Confeſſariis, quæ in communibus Confeſſionibus extra forū contentioſum tales deprehenduntur

I.

TEretius in ſuo libello, (cui titulus eſt: Confeſſio Idiotæ) ſic Confeſſarios in hac materia inſtruit, & alii paſſim Doctores Duplices juxta communem ſententiam inveniri Veneficas, Materiales nempe, & formales, Materiales illæ ſunt; quæ implicitum pactum habent cum Dæmone, id eſt uſurpant illas ſuperſtitiones quas a formalibus ſagis didicerunt expreſſum pactum cum Dæmune habentibus, ipſæ nihil de ulla familiaritate cum Diabolo cogitantes. Iſtas Doctores propter ignorantiam a peccato mortali excuſant, niſi tamen ſciant hoc ſibi non licere, ſcilicet, quibuſvis uti ſuperſtitionibus, alias ſciens, & faciens, non eſt immunis a peccato. Et quia ejuſmodi actus ſuos ut plurimum in Confeſſionibus cum ſummo ſui periculo ſubticere ſolent; Ideo Confeſſarius rationabiliter ſuſpicatus aliquam perſonam hoc malo laborantem, Inquirat ut eſt in Inſtructione Septi-

ma de Viduis, & Vetulis numero ultimo Et vg. an crediderit aliquas superstitiones, alias *gifti;* an inquisierit, audiverit, & affectaverit aliqua consilia & documenta mala a Vetulis, circa morbos infirmitates, circa aliquod in fortunium circa pecora, lacticinia, circa prolem &c. An nimia solicitudine tristitia & angustia Mulier pressa, Dæmonem invocaverit &c Et quoniam hæc similia passim inter Mulieres, etiam maiores prærogativæ inveniuntur; Ideo, si in quibus talia advertit Confessarius, fortissima & zelotissima admonitione eas reprehendat, ne in abyssum malorum, his pessimis, & fraudulentissimis principiis deveniant. Plura enim comperta sunt etiam hoc ævo Exempla istorum, ut quæ primo materiales magæ extiterant, postea in formales (quæ scilicet explicitum pactum cum Dæmone, turpissimaque consortia ac tandem in Magistras aliarum evadant, de quibus hic Author nominatus & alii complures multa edisserunt, ac palam in tot suppliciis videre est, & sequenti numero fusius habes.

2 Quare deprehendens Confessarius per Gratiam DEI & suum prudens ac sedulum in Confessionibus examen aliquam Personam hujusmodi malo infectam, serio eam moneat pro certo Diabolum hisce Vanitatibus sese immiscere & cooperari, ac intrinsece plura suggerere, donec visibiliter appareat, clari-

us magis abſurda edoctus, deinde in graviſſima peccata deductus, per maiorem excæcationem animi, & duritiam cordis; Ideo protinus, tam inviſibilem quam viſibilem Dæmonem perhorreſcat: & omnem familiaritatem ac amicitiam cum illo devitet, inſuper à Conſortiis ſuſpectarum Mulierum maxime declinet, ſacris Reliquiis ſe muniat, ſæpius ſigno crucis utatur, dolorem pro peccatis in corde excitet, ſanctiſſima nomina JESUS MARIA JOSEPH! ſæpius devote pronuntiet, & ipſis ſe feruentiſſime commendet.

3. Formales vero Veneficæ (ut ſupra dictum) ſunt illæ, quæ habent expreſſum & explicitum pactum cum Dæmone, cuius opera in mirabilibus nocent. Iſtæ raro tales ſe eſſe fatentur, rarius reſipiſcunt. nam vel timore, vel pudore vel ob duratione, quandoque verberibus, aut promiſſionibus magnarum rerum in altera vita aliiſque aſtutiis Dæmonum deceptæ a Confeſſione & reſipiſcentia impediri ſolent, ſi tamen Confeſſarius ſingulari auxilio DEI per quæſtiunculas de Vetulis Inſtructione ut ſupra dixi poſitas, ſive per propriam induſtriam & prudentiam, tales in Confeſſionibus Sacramentalibus invenerit, ipſæque ſe ejuſmodi eſſe, faſſæ fuerint, examinandæ erunt ex punctis ſequentibus.

Interrogatoria deprehenſæ in Confeſſione Sacramentali Venefica.

Sacerdos cognita tali persona, altissimum Suspirium de corde mittat. supplicans DEO, pro sibi, & illi danda gratia ad fructuoso peragendum hanc Confessionem, & talem suam pænitentem in viam salutis æternæ reducendam, atque svavissime sine ullo signo admirationis inquirat.

Imo.

PRopter quem finem cum hoc teterrimo, & fraudulentissimo hoste Dæmone amicitiam inierit? An propter Voluptates, aut divitias, aut formam, & dignitatem aliquam &c.

2. Si fateatur propter quem finem ex his, vel aliis se Dæmoni mancipasset, interroget svaviter: quibus initiis & modis hoc fecerit? Et permittat narrare historice, omnes notans circumstantias præsertim aggravantes, & cum advertit illam deficere in narrando, moneat eam; ne confundatur, neque timeat quidquam, imo gaudeat, quod illam DEUS ex inferni Dæmonisque faucibus eripere dignatur, dum sibi dedit gratiam hoc peccatum suum confiteri.

3. Interim ipse Confessarius inquirat suaviter & lente. An intercesserit pactum aliquod cum Dæmone, sive in scripto sive in alio quocunque signo! quod omnino fateatur, & tale instrumentum in quo pactum illud expressum est, Confessario reddere studeat post finitam Confessionem, ad lacerandum, comburendum & ad annihilandum, quod ipsa præsente Sa-

cerdote commodo loco faciat, laceret, pedibus conculcet & deteſtetur. Sacerdos vero commodius comburere poterit.

4. Inquiratur: an per illud pactum abnegaverit Chriſtum, fidem, vel ſe negaturam promiſerit.

5. An B. V. MARIAM alioſque Sanctos blaſphæmaverit, ejuraverit.

6. An Diabolum adoraverit, cum eoque ſponſalia & quaſi modo fecerit, vel carnales actus habuerit?

7. Si venerabile Sacramentum in Hoſtia circa Communionem aliquando abſtulerit vel aliis modis ex cimborio, theca, vel pixyde ſurripuerit, & eo ad nefandas, & ſacrilegas, actiones uſa fuerit, & quoties talia patraverit, & ſi ſuffoſſas alicubi Hoſtias conſecratas habeat, eas omnino recipiendas Confeſſario indicet.

8. An coram Dæmone aliquam hæreſim profeſſa fuerit, credendo Sacramenta nobis nihil valere, contemnendo ritum Eccleſiæ Catholicæ.

9. Quomodo conficiebat Maleficia, an ſcilicet ex rebus Sacris, ex venerabili Sacramento, ex aqua benedicta, Reliquiis Sanctorum, cera benedicta, oleo ſacro &c. & credidit illis rebus talem Virtutem in eſſe ad tales effectus, hinc enim, & Sacrilegii & hæreſis eſſet rea.

10. An alicui perſonæ, vel rebus eius damnum aliquod intulerit; & quoties, quia tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum, cum ſit cauſa efficax illorum.

11. An aliquem Veneficio, vel quavis arte Dæmonis occiderit;vel gravi infirmitate longævoque morbo affecerit.

12. An aliquem Infantem falſo baptizaverit vel Dæmoni dedicaverit.

13. An cum Dæmone in pactum & amicitiam quemcunque induxerit, & artem ſuam veneficandi docuerit.

14. An aliquem Infantem ſine baptiſmo interemerit.

15. An odia, diſcordias, Inimicitias inter aliquas Perſonas, utpote Vicinos, Coniuges, Fratres, & Religioſos, excitaverit.

16. An amuleta Magica aliis diſtribuerit ad eos invulnerabiles efficiendos, vel ab alio quovis caſu præſervandos.

17. An filtris, aliiſque vetitis remediis impuros amores inter aliquas perſonas conciliaverit.

18. An Coniuges ab uſu matrimonii per artes Dæmonis impediverit.

19. An impotentiam alicui cauſaverit.

20. An ad non prolificandum Coniugibus cauſa fuerit.

21. An de rebus futuris, vel amiſſis quæſita, Conſilium ope Dæmonis dederit.

22.

22. An Conventiculis, vulgo *Ná łyſey gorze* interfuerit, & quali modo illuc pervenerit.

23. An domus aliquas vel horrea, arte Dæmonis conflagraverit.

24. An pluvias neceſſarias per Dæmonem prohibuerit.

25. An ſegetibus fertilitatem abſtulerit.

26. An vermes nocivas, mures, glires, Locuſtas excitaverit.

27. An Lacticinia, fructuſque tam ab animalibus, quàm ab hortis, arboribus, propinationibus & campis, per Dæmonis opem vetaverit.

28. An & quoties ſacrilege confeſſa fuerit.

29. An ſuos Liberos ante partum vel in partu Dæmoni non devoverit? eoſque poſtea eandem artem Diabolicam docuerit, Dæmoni deſponſaverit?

30. In reliquo, quidquid prudentia & materia ſvaſerit, & ſuggeſſerit, diligenter, & patienter, atque ſvaviter perquirat Confeſſarius, intelligat & examinet, ad perfectum dolorem pro commiſſis omnibus peccatis ſuis, tum ad deteſtationem Dæmonis & maleactorum ſuorum pia exhortatione excitet & moveat, quibus peractis imponat ei ſequentes obligationes.

Obligationes imponendæ Veneficis a Confeſſario, quando tales cognoſcuntur in actu confeſſionis.

1mo.

UT pactum cum Dæmone ante absolutionem (finita Confessione) rescindat, postea lacerandum, conculcandum, & comburendum, quod propriis verbis Confessarius prudens efficere cum ea potest, vel uti protestatione inferius posita ubi de Veneficis in carcere agitur, quæ incipit. Ja N. N. wyznáię przed Bogiem stworcą moim &c.

2. Juret se nullum deinceps commercium cum illo habituram.

3. Instrumenta Magica, si ea alicubi habet, Confessario ad comburendum indicet.

4. Hostias consecratas, quocunque modo surreptas, & Reliquias Sanctorum, si alicubi defossas, & absconditas habet, demonstret recipiendas in sacrario reponendas, si species evanuerint comburendas.

5. Damna quæcunque per maleficia illata quantum fieri potest (prudentia Confessarii Magistra) resarciat.

6. Si quos falso baptizaverit, vel taliter baptizari curaverit, Confessario indicet, ut illis subvenire valeat, eosque (si adiri facile poterint suo prudenti modo, vel infundendo in manus illorum aquam, vel illos largiter etiam per modum joci aspergendo, cum intentione tacite proferendo formam) baptizare possit.

7. Et quamvis difficile sit, non tamen est impossibile cum DEI gratia, è potestate Di-

abo-

abolica eripere eos, quos sibi inito ille pacto devinxit! Hinc Confessarius magnam curam adhibere debet? ut persona hujusmodi cognoscere incipiat hostis infensissimi mendacium, fraudes & falsa promissa, tum in hac, tum in alia vita.

8 Curet Confessarius, ut abjurato Diabolo Fidem spem, & charitatem in DEUM concipiat, qui peccatores omnes quamvis maximos ad se invitat, & reverti volentes, clementer & benigne recipit; Tollenda est enim a talibus personis suspicio, quam multæ sagæ habere solent, propter pactum initum cum Dæmone liberari non posse. Quare talis persona à Confessario in spe firma corroboretur & statim post dissolutum pactum, post ejurationem ejus & suam Protestationem dicat cum ea Credo, Professionemque Fidei, quæ habetur, In Instructione sequenti de Veneficis.

9. Post tales actus, expressionemque veri doloris, ac propositi emendationis vitæ, pænitentia non adeo gravi assignata sed vg. Corona B. V. M. quotidie in tota vita (servientibus viribus) absolvenda, vel quotidie septies Pater, Ave, & Credo.

10. præter pænitentiam moneatur talis per sona: ut semper & omni tempore quocunque vigilat, sive aliquid operatur, pronunciet illa sanctissima verba: IEZUS MARIA IOZEF.

Zmiłuy się nádemną Boże według wielkiego miłosierdzia twego, & similia, præsertim Symbolum Apostolorum frequentissime recitet totum, reflexe, & devote. Sacramentum pænitentiæ sæpius frequentet idque apud eundem Confessarium, si fieri facile potest, qui novit statum eius.

11. Moneatur serio, ne unquam accessum Dæmonis ad se permittat, multo magis cum eo amicitias, vel aliqua absurda, & nefanda resuscitet & patrare audeat; quapropter à Confessario muniatur Reliquiis Sanctorum, ut eas semper penes se habeat, & etiam flagellum Dæmonis cum Massa Sanctorum, quibus arceatur Diabolus.

12. Si vero talis persona molestata & infestata fuerit à Dæmone, omnino eum contemnet, signo Crucis se muniat, sacra verba proferat, Angelum Custodem invocet; quem quotidie devote salutet & se illi semper recommendet. In faciem vero Dæmonis se infestantis exspuat, dicens: pereas abominande canis infernalis, quid mihi tecum? quæ DEO reconciliata sum. Quid tu mihi bestia horrifica prodes; quando DEUS Creator meus æterna mihi portio, & sors mea est &c. &c. &c

13. Hoc etiam ipsum, & similia Sacerdos cum pænitente perficiat, & fortem animo muniat sacris reliquiis, ac suis ad DEUM precibus, in pace dimittat, pro eoque sæpius fer-

ven-

venter oret disciplinas faciat jeiunet &c.&c

Instructio decima.

Quomodo procedere debeat Confessarius vocatus ad dispositionem incarceratarum Nomine Veneficarum.

CUm incarceratis, de Veneficio accusatis, paulo aliter procedendum est Confessario, quam cum illis quæ se libere tales esse confitentur, de quibus superiori Instructione actum est, cum iis itaque; quæ vi, & delatione comprehenduntur, & incarcerantur! Sic procedet Confessarius.

1. Postquam igitur Parocho constiterit in sua Parochia aliquam Personam talem esse comprehensam & incarceratam, sicut & quemque alium pro quocunque scelere ad mortem judicandum, minime gravetur parochus (cui stricte incumbit suarum ovium gerere salutem) sive per se, sive per alium approbatum Sacerdotem incarceratum invisere, ad quem descendendo ante limen dicat devote Evangelium. S. Ioann. *In Principio erat Verbum &c.* Ingressus carcerem; Asperget se & loca adjacentia, ipsumque incarceratum aqua benedicta, dicens: *Ecce Crucem Domini fugite* partes adversæ, vicit Leo de Tribu Iuda Radix David. Tandem verbis eundem consoletur mansvetissimis, nullam (avertat DEUS) indignationem, & fulminationem, sive increpationem in vultu, aut verbis monstrando, ne exinde aversum cor habeat à Sacerdote, per quem di-

diſponendus eſt ad vitam æternam, imo ſe illi Sacerdos affabiliſſimum præſtet, ut confidentius cum eo in negotio conſcientiæ agere poſſit; ulterius procedet ut ſupra Inſtructione de Incarceratis, Videat Fuſius Lector. fol. 54.

2. Si vero perſona incarcerata ſit ratione Veneficii, moneat Sacerdos pacifice & manſvetè, qui monendi ſunt, ut in re tanti momenti cautè & ſecundum præſcriptas leges cum talibus procedendi agatur, probationes per aquas temerarie fieri ſolitas impediat & diſvadeat, aliaque inconvenientia in bonitate avertere ſtudeat.

3. Confeſſionem Sacramentalem talium perſonarum non acceleret Sacerdos, antequam in foro externo cauſam ſuam tranſegerint, expedit tamen per viſitationes & colloquia Sacerdotum diſponi reos ad pænitentiam, compunctionem, & ſeriam ad DEUM converſionem. *Jta Delrius lib. 6. c. 1. Et ſic uſu fere ordinario fit.*

4. Et quia non raro accidit: Ut tales perſonæ, quæ forte veræ inveniantur Veneficæ; etiam in ipſis tormentis & torturis obdormiant, & obſurdeſcant arte Dæmonis, ideo ſaluberrimum erit, ante torturas ſuper tales perſonas exorciſmos fieri; ut ſi verè aliquæ pactum, ſeu contractum cum Dæmone habeant, per Exorciſmos ab eis removeantur & expellantur, & illæ ſtatum ſuum ſine Dæmonis

repulsi impedimento manifestent, cui negotio sese accincturus Sacerdos, muniat sese, tanquam Miles Christi, cum maligno, & fraudulentissimo generis humani hoste certaturus, armis pietatis omnigenæ; Conscientiæ mundæ, humilitatis profundæ sobrietatis, exquisita denique orationum, jeiuniorum, aliarumque mentis & corporis mortificationum forti armatura. Implorabit miserentis DEI auxilium, B. Virginis MARIÆ Patrocinium, nec non S. Michaelis Archangeli, omniumque Sanctorum, præsertim singularium, Patronorum suorum juvamen. Tum ab aliis tam Spiritualibus quàm sæcularibus devotis, ejaculatorias orationes sibi ad hoc certamen multum profuturas; Et iam sequentia remedia, tanquam contra hunc teterrimum hostem fortissima tela in promptu præparata ante jam Domi, penes se habeat.

Conjuratio & remedium liberativum ab infestationibus Dæmonis, ex Sannig.

Accipe chartam, in eaque scribe sequentes literas in modum crucis, & alia infra scripta, quæ devote præparata super male habentem pertractabis.

I

N. ✠ R

I

QUi verbum caro factum est, & habitavit in nobis nascens ex MARIA Virgine; per ineffabilem pietatem & misericordiam suam pi-

issimam, & per intercessionem Bmæ V. MARIÆ & Angelorum, Sanctorumque omnium, & maxime Apostolorum & Evangelistarum suorum: Ioannis Matthæi, Marci Lucæ, ipsum quæso: ut dignetur te liberare & conservare ab omni infestatione Sathanæ & Ministrorum ejus, qui cum Patre & Spiritu Sancto, vivit & regnat, DEUS in sæcula sæculorum Amen.

In eadem charta scribe Evangelium S. Joannis; In Principio erat Verbum &c.

Hanc chartam benedic hoc modo.

CONjuro te ✠ charta, per verba illa Tituli Triumphalis, Salvatoris Domini nostri IESU Christi, & per omnia alia verba, quæ dicuntur de Creatore omnium Creaturarum & per illum, qui potest tribuere & facere, quod tantam obtineas virtutem, & omnia, quæ supra te scripta sunt, & effectum salutis æternæ producere valeas, & ut omnis fallacia & virtus Diaboli exeat de te, & intret in te omnis virtus prædicta sine mora. In Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ S. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

II. Deinde accipe Sal exorcisatum & benedictum, Ceram Cerei Paschalis, vel aliam benedictam, aliaque, quæ poteris babere ad manum benedicta, confice Massam ex cera, & aliis rebus benedictis, ex qua Massa particulam sumes, quam applicabis chartæ prædictæ benedictæ, compinges vero chartam

in-mo-

in modum brevis, ſuſpendeſque hæc omnia ad collum patientis, & liberabitur cum auxilio, & gratia DEI.

Exorciſmus ad abigendum Dæmonem.

PRæcipio tibi, quicunque es, Spiritus maligne, & omnibus ſociis tuis, qui quacunque fraude & aſtutia veſtra, Famulum hunc, N. vel Famulam, N. præveniſtis, & à Deo gloriæ Creatore Omnium, per invidiam æternæ gloriæ, de qua ipſi excluſi eſtis, ſeduxiſtis; ut per Myſteria Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini noſtri IESU Chriſti, per Miſſionem Spiritus Sancti, per adventum ejuſdem Domini noſtri ad Iudicium, recedas ab ea, neque eam infeſtes, vel fraudibus tuis ſeducas, & tentes, neque unquam ei aſſocieris, atque ſuggeſtionibus, aſtutiiſque malignis affligas & ad Creatorem & Redemptorem ſuum reverti impedias, Teque ipſum Eluſorem ſuum fraudulentum, deteſtari, adjurare, pacta quævis Tecum inita rumpere, contemnere, peccata ſua integre, & dolenter confiteri, omniaque mala opera, te peſſimo authore commiſſa & patrata fateri, & clavibus Eccleſiæ Chriſti ſubjicere, ac mihi poteſtatem ab eadem Eccleſia habenti aperire, & ſacramentaliter confiteri nequaquam impedias. Vade Sathana, dico tibi, in Nomine DEI viventis, qui te de Cælo ruere fecit in infernum, & in Nomine Domini noſtri IE-

SU Christi. qui te ab humanis corporibus quoties voluit, expulit: Nec audeas huc reverti, ubi ipse DEUS, tanquam in sua Creatura vult manere.

Alius Exorcismus.

EXorcizo te omnis Spiritus immunde in Nomine DEI Patris ✠ & in Nomine IESU Christi ✠ Filii Ejus Domini & Iudicis nostri, & in Virtute Spiritus ✠ Sancti, ut discedas, ab hoc Famulo, vel Famula, quam Dominus DEUS noster ad suam Divinam creavit imaginem, ut illi soli serviat, & eum, tum in hac, tum in altera vita glorificet; quam filius DEI unigenitus sanguine suo redemit, quam Spiritus Sanctus multiformis gratiæ lumine in baptismate implevit, Amen.

Deinde Sacerdos dicat cum incarcerata Venefica Protestationes sequentes.

Protestatio Veneficæ tam ante quàm post Confessionem.

JA: N. N. wyznáię przed Bogiem stworcą moim, przed nayświętszą MARYĄ Mátką iednorodzonego Syná Boskiego, y przed wszystkiemi Aniołámi y świętemi páńskiemi: że iákom się ná chrzcie świętym wyprzyśięgłá czártá przeklętego, y wszelkich spraw iego zdraycy dusz krwią Iezusową odkupionych, ták y teraz, y ná záwsze szczerym sercem wyprzyśięgam się go; Zadnego z nim niechcąc mieć porozumięnia, żadnego społkowánia, żadney rády, y pomocy, żadney

przy-

przyiáźni, y żadnych usług: ále sámego Bogá stworcę mego być wyznáię Dawcą wszelkiego dobrá; y żywotá wiecznego; ktorego żem kiedykolwiek obráźiłá, żáłuię serdecznie, y mam nádźieię w miłośierdźiu iego, y w niewinney męce IEZUSA Chrystusá, że mnię wyrwie z wszelkiey szátáńskiey mocy, że mi da łáskę usprawiedliwienia się ná żywot wieczny.

Oświadczam się przytym, y przyśięgam, że żadnych czártowskich obietnic, y poduszczenia słucháć niechcę, áni im iáko fałszywym wierzyć; ále się Bogu stworcy, y zbáwicielowi moiemu oddáię, rezygnuię z duszą, y ćiáłem moim; ze wszystkiemi władzámi y zmysłámi moiemi, áż ná wieki: Supplikuiąc miłośierdźiu Iego Boskiemu, áby mnię mizerne stworzenie swoie, mocą dobroći, y Bostwá swego bronił, y strzegł od śideł, y zdrad, y mocy szátáńskiey, áby mi dał łáskę; ze wszystkich grzechow moich usprawiedliwić się Maiestatowi swemu Boskiemu przez Sákrámentálną spowiedz, y żal serdeczny. Aby ná koniec duszę moię krwią swoią nayświętszą odkupioną wźiął w opiekę swoię y do żywotá wiecznego przyprowádźił. Idź że odemnie czárćie przeklęty, zdrayco, y zwodźićielu, bo się tobą bárdźiey niżeli psem zgniłym brzydzę, y brzydźić będę ná wieki, ták mi dopomoż Boże wszechmogący, męko y

krwi wylana IEZUSA moiego, Mátko prze nayswiętsza MARYA y wszyscy SS. Pánscy

His per actis det ipsi Sacerdos Imaginem crucifixi, moneat; ut eam osculetur & astringat pectori. Deinde, imponat super maleficam reliquias sacras, & flagella Dæmonis, ac alia quæcunque habere poterit, & hic cum ea dicat Professionem fidei, vel saltem credo quod est in 2 da parte.

Wyznánie Wiáry.

JA N.N. mocno wierzę, y wyznawam wszystko oraz, y z osobná, cokolwiek się zámyka w prawdziwym wyznániu, ktorego używa święty kośćioł Rzymski, to iest Wierzę w iednego BOGA, Oycá wszechmogącego, stworcę Niebá y ziemie, y wszech rzeczy widomych, y niewidomych, y w IEZUSA Chrystusá iedynego Syná Bożego z Oycá zrodzonego przed wszystkiemi wiekámi, Bogá, z Bogá, swiátło z swiatłá, Bogá práwego, z Bogá práwego, zrodzonego nie uczynionego, spułistotnego z Oycem, przez ktorego wszystko się stáło, ktory dla nas, y dla nászego zbáwienia z Niebá stąpił, y w ćielony iest z Duchá Swiętego z MARYI Pánny, stał się człowiekiem, ukrzyżowány tákże dla nas, pod Pońskim Piłatem, umęczon, y pogrzebiony. Trzećiego dniá z Martwych wstał, wedle pismá, y wstąpił do Niebá, siedzi ná práwicy Oycá, y znowu przyidźie w chwale sądzic żywych, y umárłych, ktorego krolestwá,

Nie

Niebędźie końcá. Wierzę w Duchá święte-go. Paná y ożywiáiącego, ktory z Oycá, y Syná pochodźi, ktoremu z Oycem y z Synem pokłon y część oddáią, ktory przez Proroki mowił: Wierzę y ieden święty Kátholicki, y Apostolski kościoł. Wyznawam chrzest ieden na zgłádzenie grzechow, y czekam zmartwychwstánia, y żywotá wiecznego Amen. Także pismo święte, wedle tego sensu, y rozumięnia, ktory trzymáłá święta Mátká Kościoł Rzymski, do ktorey należy dawáć zdánie swoie, około rozumienia Pismá święte-go przyimuię, áni go nigdy ináczey, tylko wedle zgodnego Oycow Swiętych zdánia tłomáczyć chcę.

Wyznawam tákże śiedm prawdźiwych Sákrámentow nowego Zakonu, od IEZUSA Chrystusá Páná nászego postánowionych, ktore do Zbáwienia narodu ludzkiego, chociasz nie wszystkie każdemu z osobná są potrzebne: To iest, chrzest, Bierzmowánie, Sákráment nayświętszy, Pokutę, ostátnie pomászczenie, Kápłáństwo, y Małżeństwo, y ze wszystkie te Sákrámentá łáskę przynoszą: Tákże iż chrzest, y Bierzmowánie powstarzáć się niegodźi pod grzechem śmiertelnym

Przyięte tákże, y approbowáne kośćiołá świętego Kátholickiego Ceremonie, ktorych: przy pomięnionych Sákrámentách używáią, przyimuię, y przypuszczam: Wszystkie oraz y

káżde z osobná, ktore o grzechu pierworodnym, v usprawiedliwieniu ná S. Trydeńskim Synodźie ustáwy są uczynione, z chęćią przyimuię.

Wyznawam tákże: iż przy mszy świętey, ofiárá bywa prawdźiwa ofiarowána y zbáwienna, ták zá żywych, iáko y umárłych; Tákże: iż w przenayświętszym Sákrámenćie iest prawdźiwe ćiáło, y krew z duszą y Bostwem Páná nászego IEZUSA Chrystusá y że śię przemięnia cáła istotá chlębá, y winá w ćiáło, y krew Páńską, ktore przemięnie nie Kośćioł Kátholicki Rzymski zowie transsubstáncyacyą.

Wyznawam tákże, iż pod iedną osobą cáły Chrystus, y prawdźiwy Sákráment przyimowány bywa.

Twierdzę tákże mocno: iż iest Czyśćiec, y że w nim dusze zostáiące wiernych ludźi sukursem rátowáne być mogą. Tákże: iż święći Páńscy w Niebie z Bogiem Króluiący czczeni być máią, y wzywáni, y że ciż zá námi śię do Bogá przyczyniáią, á ná ostátku: że ich świętym Reliquiom częśc ma być wyrządzána.

Mocno twierdzę y to: że obrázy Chrystusá y Pánny nayświętszy, y innych świętych Páńskich máią być miáne w wszelkiey uczciwośći.

Odpustow tákże świętych nádawánia, moc

od

od Chrystusá w Kośćiele swiętym zostáwiona y ich używánie być wielce potrzebne ludowi Chrześciáńskiemu twierdzę, y mocno wyznáię.

Swięty Kátholicki, y Apostolski Rzymski Kośćioł, Mátką y Mistrzynią wyznáię y Rzymskiemu Papieżowi, Błogosłáwionego Piotrá Apostołow kśiążęćiá Sukcessorowi IEZUSA Chrystusá Nástępcy, wierne posłuszeństwo przyobiecuię, y poprzyśięgam.

A ná ostátku: przyimuię y to wszystko, co ná świętych zborách, y koncyliách, zwłasczá Trydeńskim urádzono, postánowiono, opisano y w kánony włożono. Przytym wszystkie przećiwne ustáwy, wszystkie Herezye, y odszczepieństwá od swiętego kośćiołá odrzucone, y wyklęte, y ia odrzucam, odłam, y potępiam. Y tę prawdziwą Wiárę Kátholicką procz ktorey nikt zbáwion być nie może; ktorą teraz dobrowolnie wyznawam, y prawdźiwie przyimuię cáłą, nienáruszoną aż do ostátnego żyćia moiego kresu mocnie przy łásce Boskiey záchowáć, wyznawáć, y żeby od moich poddánych y od tych ktorzy pod moią Iurysdykcyą będą wyznána, y záchowána byłá (ile zemnie będźie mogło być) zechcę. Co ia tenże N.N obiecuię, ślubuie, y przysięgą stwierdzam. Ták mi Boże dopomosz y tá swięta Ewángelia.

Post hæc relinquenda est talis persona quæ

usque non sit expedita, declarata, & judicata in foro externo sibi competenti, ubi Sacerdos caveat omnino interesse propter periculũ irregularitatis, quando ille torquetur, itaque cum jam Sacerdos ad disponendam talem personam invitatur, habeat secum reliquias Sanctorum, aquam benedictam, Imaginem Crucifixi, librum exorcismorum, stolam, flagellum Dæmonis cum matla reliquiarum, ingressus carcerem, imo ante limen calcatum ejusdem, asperget se aqua benedicta totumque carcerem, dicens: *Ecce Crucem Domini fugite partes adversæ, vicit Leo de Tribu Juda, Radix David.* Dicat Evangelium S. Joannis quod in 2da *Parte polonica Libelli polonici ad finem informationis de octiduana recollectione.*

Alloquatur tandem incarceratum verbis mitissimis vg. Ecce venio ad visitandum & consolandum te in hac miseria & afflictione tua, ut te adjuvem ad obtinendam DEI gratiam & misericordiam, ut te dirigam ad æternas Cæli delicias, ad regnandum in Cælo cum DEO Creatore & Redemptore, atque Salvatore nostro per universa sæcula; Misericordissimus enim est, & quantumvis maximis peccatoribus, modo ad eum pænitentes & contriti recurrant, benignissime parcit, & eos suscipit in sinum misericordiæ suæ, sicut suscepit Magdalenam, Petrum, Latronem &c.

Antequam Confessarius incipiat audire Confessio-

nem

nem incarcerati de Veneficio judicati, præmittat ejaculatorio affectu orationem ad DEUM vg.

Oratio Confeſſarii ante Confeſſionem Veneficæ.

DEUS miſericordiarum, & DEUS totius conſolationis, qui non vis mortem peccatoris ſed magis, ut convertatur, & vivat, reſpice oculis miſericordiæ tuæ hanc miſeram creaturam tuam, idque ad imaginem & ſimilitudinem tuam factam Famulum N. Famulam N. pretioſo ſanguine dilectiſſimi Filii Tui redemptam, & eam (ſi ita eſt) à maligno hoſte tuo, & univerſi generis humani per fraudem & aſtutias ejus ſeductam & eluſam. Expelle benigniſſime DEUS hunc teterrimum in æternum à te damnatum hoſtem cum ejus potentia, fraude & aſtutia ac omni malignitate, quam in hac miſerrima Creatura tua exercuit, & effice clementiſſime & miſericordiſſime; ut hæc agnito ſuo errore, ac delicto revertatur in toto corde ſuo ad te Creatorem, & Redemptorem ſuum, experiaturque te Benigniſſimum Salvatorem. Succurre ei, ſuccurre miſericordiſſime IESU, qui pro ejus ſalute ſanguinem tuum pretioſiſſimum copioſe fudiſti, acerbiſſimamque paſſionem & ignominioſiſſimam mortem ſuſtinuiſti, ut illa non moriatur, ſed habeat vitam æternam, da ei clementiſſime IESU gratiam veræ perfectæque contritionis, & omnium peccatorum ſuorum integræ Confeſſionis: ut confeſſa

contrita, & absoluta, munda in conspectu tuo appareat & semper in Tua Gratia permaneat, Amen.

Alios affectus ad B. V. M. sanctum Josephum, quos Spiritus S. dictabit, pro visa necessitate, & temporis opportunitate eliciet pius Sacerdos, pro tanto lucro animæ.

HIs præmissis, intentioneque pro hoc actu facta Confessarius, suspiriisque emissis pro auxilio DEI, neque nimis prope neque longe nimis ad audiendam iam Confessionem sacramentalem assedeat: nec expectet, ut incipiat aliquid narrare, quia certissimo narrabit miseriam & innocentiam suam, dolores & angustias suas, sed ipse statim Confessarius data ei benedictione svavissime rem sanctam incipiat dicens.

1. Scias hoc pro certo Filia, quod tanta sit bonitas & misericordia DEI: ut si quilibet homo, omnium in mundo hominum peccata licet ea quæ sunt maxima in se habeat, tamen vult misericors DEUS, imo desiderat remittere ea peccatori: modo ipse doleat: & ea contrito corde vere, fideliter & integre confiteatur, ut absolvi possit à Sacerdote, cui ipse Christus dedit hanc Potestatem in Sancta sua Ecclesia.

2. Dicat svaviter, quia Dæmon, cum ipse propter peccatum superbiæ & inobedientiæ ejectus sit de Cælo, ad æternum ignem con-

de-

demnatus, invidet homini eam felicitatem esse in Gloria Cælesti, hinc omnibus allaborat mediis, astutiis & fraudibus suis, quatenus hominem ab ea avellat, seducat & retrahat, ut secum in igne æterno crucietur.

Itaque decepit primos Parentes nostros promissionibus magnarum rerũ: nempe quod fuissent Dii; & nunc plurimos decipit, promittens illis prospera, splendida & quæcunque sunt desiderabilia, hæc tamen omnia falsa sunt, sicut & ille mendax est.

Cum tamen homo sit seductus; & elusus à Dæmone: dolet tamen factum suum: & quod illi crediderit & optemperaverit, confitetur peccatum suum, & detestatur Dæmonem, suscipit illum miserrimum hominem Misericors DEUS, & dat illi veniam, remittit crimina quantumvis gravia, admittit ad Gratiam, & facit illum participem gloriæ suæ cælestis, atque regnare cum Sanctis suis in æternum concedit.

Igitur & tu, quomodocunque sis elusus miser, & defraudatus a Dæmone, dolens ex toto corde, & confitens peccata tua: sine omni metu, imo cum spe firmissima in Misericordia DEI, assequeris hoc; ut clementissimus DEUS remittat tibi, & eripiat te de inferno, faciatque te regnare secum in Cælo.

Quare procedat ulterius Sacerdos per interrogationes supra expressas Instructi-

one

one nona, quæ ſi fateatur, & appareat talis, omni benignitate, manſuetudine & affabilitate in ſpe fortiſſima ſtabiliatur, quod ei DEUS remiſſurus ſit peccata ejus, interim moneatur ad verum dolorem & deteſtationem Diaboli & peccatorum, tum ad perfectum amorem DEI. Inſuper Proteſtationem faciat contra Dæmonem poſitam ſupra fol. 78. Item dicat cum illa profeſſionem Fidei quæ eſt ſupra fol. 80. Et abſolvatur.

Poſt talem reconciliationem ſtudeat Confeſſarius nunquam ab ea perſona recedere, ſed ſive ipſe, ſive alius Sacerdos ſubſtitutus, continuus ſit ad latus ejus arcendo omnibus modis pietatis acceſſum Dæmonis ad eam, per crebram aſperſionem aquæ benedictæ, per Continuos actus & affectus, quos paratos inveniet Sacerdos, in parte 2da Polonici Libelli. Circa quàm ita ſtudioſe laboret uſque ad ipſum ſupplicium & ultimum ejus halitum; ut aliquando tam ſedulus, diligenſque Confeſſarius, de inventa ove perdita gaudere in æterna Beatitudine poſſit & pro mercede laborum ſuam conſequi in Regno Cælorum mercedem.

Quod ſi vero omnino ſe neget talem, imo innocentem aſſerat, idque prudens Confeſſarius per omnes modos & cunctationes, atque circumſtantias intellexerit, præponat illi pro modica hac paſſione ſua, tormentiſque &

injuriis, rectum iter ad gaudia sempiterna & animet ad fortiter sustinendum, utaturque cum ea actibus fidei, spei, amoris & aliis positis in parte Polonica.

Præmonitio Confessarii.

ADvertat Confessarius, in qua Diæcesi disponit Veneficio accusatas; utrum ibi sit consvetudo dari talibus Sacratissimam Communionem, quæ illis passim negatur, & se in hoc passu accommodet consvetudini. Scribit de hoc Marchantius in Horto Pastorum sub resolutionibus de Euchari, c. 3. in hæc verba: Damnatis ad mortem danda est communio, alii favorabilius dicunt etiam hora ante supplicium, Unde (ait) Consvetudo Hispanorum negantium reis interficiendis Eucharistiam, sublata est motu proprio Pii V. Papæ, cui Lex Regia accessit. Dicitur tamen in aliquibus partibus vigere consvetudo; ut maleficis & sagis non detur, licet pæniteant, quæ etiam consvetudo (dicit idem Marchantius loco citito) non videtur bene fundata cum omnis vere pænitens habeat jus ad Eucharistiam maxime in articulo mortis. Quare adhærendum Consvetudini, Ego tamen licet contrariam in aliquo loco viderem. si disponerem ejusmodi personam, & intelligerem vere contritam, & pænitentem, atque desiderare hunc panem cælestem in viam æternitatis, imo magis si viderem innocentem, &

cu-

cupientem hoc sacratissimo cibo confortari, saltim privatim deferrem ei hoc cæleste pabulum; quod enim nulla lex positiva vetat, illud factum non retractat, imo fieri jubet, aut saltim cum sit, dissimulat

Interim omni meliori modo dispositam Reliquiis sacris munitam usque ad ipsum supplicium in affectibus & actibus piis sequatur Sacerdos, quos accipe infra.

Præmonitio Confessarii altera.

CAveat omnino Confessarius, quemcunque ad mortem judicatum disponens nunquam in materia judicatorum, sive nocentium, sive innocentium quidquam loqui, quia Iudices plerumque ex Confessariis conantur Signum aliquod capere, sicut Teretius ait se audivisse Iudicem quendam gloriantem; Se hactenus neminem capitali pæna animaverti jussisse, nisi quem prius à Confessario intellexisset in culpa versari; satis innuens, quod ad accusatorum condemnationem Sacerdotes concurrant; ad quod nonne obrigescendum? Integerrimum est Confessario, (si de materia hac expiscationis gratia interrogatus quandoque fuerit) respondere humiliter: meum est attendere officio meo, vestrum autem vestro? Et sic nec Iudices offendet, nec se ulli committet periculo ad cōdemnandum incarceratum

A C T U S.

Dicendi, cum judicatis ad rogum sive aliud supplicium in itinere.

IDący ná Gorę kálwaryi dla zbáwienia mo-
iego ochotnie nayſłodſzy IEZU, pod ćię-
ſzkim drzewem krzyżowym ábyś tám dlamnie
umárł, proſzę ćię pokornie; Day mi tę łáſkę
z nieſkończonego miłoſierdźia twoiego, á-
bym y ia ochotnie tę drogę w ktorą ſię zápu-
ſzczam odpráwiłá, á dla miłośći twoiey, y
zbáwienia duſzy moiey,krwią twoią przenay
świętſzą odkupioney smierć moię podięłá.

2. Wiem to dobrze: że wiele świętych dla
pozyſkánia chwały niebieſkiey; y wiecznych
roſkoſzy z tobą ſtworcą,y odkupićielem ſwo-
im zażywania, ochotnie ná wſzelkie odważá-
li ſię męki,y ogniſtych nie bali ſię ſtoſow áni
żadnych katowni, y ſámey śmierći; Záczym
y ia z tą ochotą, y pewną nádźieią w miło-
ſierdźiu twoim Boże nieſkończony, idę ná
śmierć; Ze mi daſz wieczney z ſobą záżywáć
chwały.

O wdźięczne Niebo! w ktorym Bog ſtwor-
cá wſzech rzeczy mieſzka, y mnie tákże w
nim z innemy ſzczerze pokutuiącemi miey-
ſce zoſtáwił.

Prágnę Boże moy widźieć ćię w chwale
Niebieſkiey! dla tego nie ieſt mi żadna śmierć
ſtráſzna! krotkie to bowiem utrapienie; pręt-
ko ſię tá męká ſkończy, prętko przeminą bo-
leści, prętko uſtánie boiaźń, á náſtapi chwa-
łá nieſkończona, roſkoſz nieprzebrána, we-
ſele nie poięte! Więc że ná tę śmierć ide o-

cho

chotnie Pánie poſpieſz się ku wſpomożeniu memu, Pánie pokwap śię ku rátunkowi memu! Day mi w prawdziwey y ſtáteczney wierze, y w doſkonáłym żalu zá grzechy moie umieráć, ktoryś ieſt miłośćiwy, y żadnego grzeſzniká zgubić niechceſz!

Boże zmiłuy się nademną, bo w tobie mam nádźieię, y wierzę mocno, y ſtátecznie cokolwiek o tobie Bogu moim w kościele twoim świętym obiáwiono ieſt! Wierzę cokolwiek kośćioł Swięty Kátholicki wierzy, trzyma y uczy.

Wierzę że Bog ſpráwiedliwy, dla złych niepokutuiących zgotował nigdy nie ugáſzony ogień. Ale też y to wierzę, że ſkruſzonym ſercem nie gárdzi, że y naywiękſze grzeſzniki pokutuiące przyimuie do łáſki y chwały ſwoiey Niebieſkiey, ná wſzelkie roſkoſzy y delicye, Boże bądz miłośćiw &c. *Alios Actus ſi tempus ſupererit accipe ex ſupra fol. 61.*

Tandem cum jam ventum ſit ad locum jamque afſici debet ſupplicio, dicat cum Sacerdote ſupplicando.

Przepraſzam was wſzyſtkich, tak tych ktorzy tu przytomni ieſteśćie y ná śmierć moię pátrzycie iáko y innych wſzyſtkich gdzie śię kolwiek znáyduią: żem kiedykolwiek kogo obráźiłá zgorſzyłá vel obráźił zgorſzył rozgniewał, y ukrzywdźił, czy to ná ſławie, y honorze, czy ná dobrym mieniu záſzkodźił! Dáruyćieſz mi to wſzyſtko dla miłośći IE-

ZUSA zbáwićielá náſzego odpuśćie mi krzywdy urázy y zgorſzenia, áby wam y mnie z wámi BOG łáſkáwie odpuśćił.

Powracam wſzyſtkim imię dobre y ſławę ktorą mogłám wźiąć, álbo iey náruſzyć częśćią z krewkośći, y popędliwośći częśćią z mąk y niecierpliwośći moiey, á ieżelibym komu powinná nádgrodźić, niechże mi dla miłośći Boſkiey odpuśći, widząc mnię w tákim zgonie żyćia moiego.

Idę tedy weſołym Sercem ná śmierć, ábym ſię Bogiem moim weſeliłá y żyłá ná wieki. Dla tego was wſzyſtkich proſzę, modlćie śię zámną, ábym ćierpliwie y ſzczęśliwie tę śmierć podięłá, ábym w ſerdecznym żalu żyćia moiego dokończyłá, modlćie śię zámną, ábym godną byłá oglądáć Bogá ſtworce, y zbáwićielá moiego.

Idę w ten doczeſny, y przemiiáiący ogień, ábym wiecznego piekielnego uſzłá!

Idę pewna miłośierdźia Boſkiego, bowiem że ieſt nieſkończenie miłoſierny.

Idę nietrwożąc śię, bo mnię pośila, y pośilá będźie Bog moy, ktory prágnie duſzy moiey!

Idę ochotnie ná śmierć; bo mnię ochotnie czeka w Niebie zbáwićiel moy IEZUS; Idę ſkwápliwie ná śmierć bo mnię żywotá dawcá czeka moy IEZUS.

IEZU moy nayukocháńſzy! przez gorzką mękę twoię nie opuſzczay duſzy moiey przy

ſkonániu moim, ktorą tobie iáko ſtworcy, y zbáwicielowi oddáię ná wieki, *plura accipe ex libello polonico quæ placebunt:*

Dum autem iam eſt poſita in rogo, non ceſſet Sacerdos clara voce ingeminare verba affectuum, quouſque ſpirare intelligit judicatum vg Zmiłuy ſię ná demną Boże według wielkiego miłoſierdzia twoiego, Duſzę y ciáło moie w ręce twoie oddáię.

Interim tam ante, quàm in ipſo actu executionis excitet Sacerdos populum ad fundendas pro felici agone judicati preces, tum poſt ipſam executionem pro anima ejuſdem inſinuando aliquid recitandum devote ex charisate vg. quinque, ſive ſeptem preces, prout tempus ſvaſerit. Redeundo autem à Loco ſupplicii commendet Sacerdos breviſſimo ſermone populo, ut Loco confabulationum pro anima ſuppliciati decantent inſimul Litanias, ſive de Beata, ſive alias ſecundum itineris longitudinem, quarum ipſe Sacerdos præcentor erit, cavebitque unquam quavis interveniente occaſione, & circumſtantia, de illius perſonæ ſuppliciatæ, à ſe diſpoſitæ conſcientia, reatu, vel innocentia referre, nam ſi narret de innocentia, erit offenſor judicum, quaſi illi innocentem judicaverint, & ſi innuat de reatu, multo magis peccabit in utroque contra ſigillum Confeſſionis, quod pro ſua conſcientia caveat.

In-

Instructio Undecima.

Quomodo procedere debeat Confessarius cum surdis & mutis tam circa Confessionẽ, quam circa Communionẽ.

I.

SI mutus scit scribere, monendus est per modum Consilii, non præcepti, ut scripto confiteatur, possuntque illi quæstiunculæ necessariæ scripto proponi & pænitentia præscribi, quod scriptum post absolutionem comburatur vel laceretur, si vero nesciat scribere, audire tamen potest, ducendus est seorsive, & interrogandus de peccatis, facto condictamine cum illo; ut nutu ad interrogata vel affirmet vel neget.

2. Surdus, loqui tamen valens, etiam in seorsivo loco audiatur, post Confessionem peccatorum detur illi signum percutiendo pectus, oculos in cælum attollendo, ut doleat; pænitentia illi potest assignari vel in digitis, vel in globis rosarii, demonstrando numerum orationum Dominicarum recitandarum; Si vero sit surdus & cæcus, in digitis illius demonstrandus est ipsi numerus earundem orationum.

3. Si adducatur surdus, qui simul sit mutus, studeat Confessarius ab illis edoceri, qui eum adducunt ad Confessionem, quomodo cum illo nutibus agere possit, ut vim Sacramenti percipiat, & peccata sua aliquomodo declaret signis, ex quibus intellecto aliquo pec-

cato ab illo probabiliter, uno, alterove, atimo doloris ſigno accepto, danda eſt illi abſolutio ſine ſcrupulo, cum in tali Caſu ſufficiat formalis integritas Confeſſionis.

4. Surdi. dum ob præceptum Confeſſionis & Communionis volunt confiteri, licet eo tempore nullum ab illis cognoſcatur peccatum, nihilominus abſolvendi ſunt cum conditione, ſi ſigna doloris oſtenderint. Ita Doctores apud Dianam par. 5. tract 6. Reſol. 3. 19.

5. Unde à fortiori dicendum eſt: Mutum & ſurdum à nativitate poſſe teneri communicare, quia tales, ut notat Sanches de Matrim: Tom. 1. libr. 4to, c. 8. n. 12. ut plurimum perſpicacis ſunt ingenii, & facile quæcunque difficilia per ſigna, & nutus percipiunt *vide ibi plura;* Si támen aliqui ſunt, qui poſt diligentem Inſtructionem per nutus, & ſigna non poterunt hujus Sacramenti naturam & Valorem percipere; ſunt ab eò àmovendi. Ita Teretius de Confes. Idiotæ Parag. 3.

6. Marchantius etiam in Horto Paſtorum, de Eucha. c. 3. dat rationem pro talibus: nempe quia tales ſunt baptiſati, ideoque habent fidem habitualem per baptiſmum infuſam, & cum alios vident cum magna reverentia & devotione ad Sacramentum hoc accedentes & adorantes, concipiunt ſibi aliquod eſſe myſterium & devotionem aliquam erga illud, quod exterioribus demonſtrant ſignis, imo

imo, & adorationem in huius Sacramenti elevatione exhibent.

7. Si surdus per interpretem confitetur, non tenetur in tali casu integram Confessionem materialiter facere, id est? omnia, quorum meminit dicere, sed tacere potest ea peccata, ex quibus notabilis infamia sibi, vel alteri sequi potest; cum per interpretem confiteri extraordinarius modus sit. Ita Doctores apud Dianam p. 3. t. 4. Resp. 129.

8 Si extra Pascha, & articulum mortis illi defectuosi velint confiteri, & communicare, id prudentiæ Confessarii Doctores committunt, certe tempore Iubilæi, aut alicuius festivitatis, dum conceditur aliqua indulgentia, si petant, non videntur esse rejiciendi. *Ita Teretius.*

9. Denique surdus, mutus & cæcus à nativitate sua, præter baptismum, nulla Sacramenta potest recipere, etiam nec matrimonium, nec extremam Unctionem, uti docet Sanches Tom. 3. lib. 1. disp. 8, n. 12. & D. Thomas.

10. Si vero aliquis tempore sanitatis solebat confiteri & communicare, existens vero prope articulum mortis, & morbo vel senio factus est cæcus, mutus & surdus, si adhuc apparet compos esse mentis, ita cum ipso procedendum censerem (dicit Teretius de Confessione Idiotæ cap. 1. parag. 3. quæst. 3.)

ut primo per ſigna ad Confeſſionem aliquibus nutibus faciendam adducatur, vg. ipſius manu propria ſignum crucis faciendo in ipſomet ſurdo; pectus eius percutiendo, manus ſurſum jungendo, & elevando; ut autem Sacerdotem agnoſcere poſſit: admovenda eſt ipſius manus ad veſtem Sacerdotis ad ſuperpelliceum, & ſtolam, ac depercipienda Euchariſtia faciendo circulum in ore ipſius, edoceatur; quodſi Sacerdos prædicta nihil viderit profutura, extrema Unctione muniendus eſt & ſub conditione ſaltim abſolvendus, ſi Chriſtiano more vixerit.

Inſtructio Duodecima.

Quid agendum Confeſſario cum amentibus præſertim ingruente morte, & cum Dæmoniacis, ſive obſeſſis?

I.

MArchantius in Horto Paſtorum, de Euchariſtia: c. 3. docet: Non debere in articulo mortis negare communionem amentibus, qui aliquando uſum rationis habuerunt, cũ id poteſt fieri ſine irreverentiæ periculo, puta: ſine periculo vomitus, vel expulſionis, ratio eſt: quia, cum aliquando devotionem habuerint, eadem virtus in eis perdurare videtur, & ſi non conſtet eos fuiſſe in peccato mortali, cum in amentiam inciderint, præſumendi ſunt boni, & diſpoſiti, maximè, ſi antequam in amentiam inciderint, aut Phrænesim, ſigna animi pii dederint. Perpetuo autem

tem amentibus non solet etiam tunc ministrari, quia nunquam in illis fuit ad hoc Sacramentum devotio *Sic ille.*

2. Si vero amentia non sit perpetua, expectandum est donec infirmus habeat lucida intervalla, ut ei possit sacra communio ministrari, nisi necessitas aliud suaserit.

3. Adverte autem hic Pium V. in sua prohibitione, quam continet rituale Romanum de Communicandis amentibus, loqui tantum de annua Communione, vel altera ex devotione facienda, non autem prohibet Communionem in articulo mortis, quo tempore Iura & Concilia Communionem concedunt etiam non habentibus actu lucidà intervalla, modo antea petierint, & nullum sit periculum irreverentiæ. *Sic habet Teretius in lib de Confes. Idiota*

4. Tempore Paschatis, & in articulo mortis, habentes imperfectum rationis usum, ut semi fatui, sunt admittendi ad sacram Communionem, si nullum irreverentiæ periculum adsit, quia hi tenentur præcepto Ecclesiastico, & nullo jure tempore præcepti deneganda illis est communio. Frequentius tamen ejusmodi homines ad S. Synaxim admittere etiam Sacerdotes non decet, nisi quatenus prudentia dictaverit, & reverentia debita Sacramenti. *Idem Teretius.*

5. Cum Energumeno, seu obsesso qui ita obsidetur a Dæmone, ut privetur omnino ra-

tionis usu, eadem servanda sunt, quæ cum amentibus, si autem maneat compos sui, potest prudentis arbitrio absque irreverentiæ periculo communicare, (& si fieri potest commode præmissis Exorcismis ante Communionem, quia nullo iure probatur huiusmodi obsessum privandum esse Sacramento Eucharistiæ, cuius ope a Dæmonio liberari potest (ut de facto aliqui liberantur) vel certe juvabitur homo, ut patienter & cum fructu laborem, & dolorem suum sustineat. *Teretius.*

6. Extrema quoque Unctio, quamvis perpetuo amentibus dari non debet, secus tamen, si aliquando sani fuerunt, & hoc Sacramentum expresse petierunt, vel tacite, in receptione aliorum Sacramentorum, & probabile sit, quod peterent, si possent, danda est, *Ita Zambranus de Sacram. Extr. Unct. c. 5. d. 2.* qui advertit in tali casu furiosum resistentem ligandum esse, & fortiter tenendum secluso scandalo, quod sane necessarium foret, si alias debite Sacramentum percipere non possit.

Instructio Decima tertia.

Quomodo se gerere debeat Confessarius cũ scrupulosis.

DEscripsit fusissime Pater Moscicensis Ordinis Prædicatorum, multam varietatẽ scrupulosorum, quam reduxit ad novem capita in libro suo, cui titulus S. artis Pænitentiariæ Tyrocinium part. 3. de Pænitentiario. Parag 6. quæ propter majorem informationem pla-

ceat ibi videre; hic ea tantum ponuntur, quæ magis necessaria videntur Confessario ex eodem de prompta. Et primo quidem quid sit scrupulus Itaque.

Scrupulus nihil aliud est, quam imprudens & irrationabilis motus, nulla, vel admodũ levi ratiõe subnixus.

Quomodo cognoscendi sunt scrupulosi, & quomodo rectificandi.

I.

SI in omni re evidentem demonstrationem quærunt.

2. Si rationẽ scrupuli justã dare nõ possunt

3. Si judicio prudentis Confessarii tales judicantur.

4. Ex modo orandi, si subsistendo, hærendo, & repetendo orent.

5. Si ex pertinacia proprii Iudicii suis Confessariis, se docentibus, non credunt.

6. Tales tamen Confessarii, foveant, ament, svaviter verbis animent; Poterunt tamen durius agere, si in proprio Iudicio sunt pertinaces, & persuasionibus, ac Doctrinis Confessariorum suorum non acquiescant.

7. Media utilia ad tollendos scrupulos suggerat Confessarius. *Ut infra*,

8. Evertat fundamenta falsa, quibus scrupulosi innituntur,

9. Præscribantur illis modi in orationibus aliisque actionibus, & jeiuniis.

10. Sub obedientia scrupulosi Iudicio Confessarii se submittant.

11.

11. Sint humiles: ut ſuum Iudicium ſpernant, & Iudicium Confeſſarii requirant, ac ei acquieſcant.

12. Otia fugiant.

13. Recte de bonitate DEI opinentur.

Si vero his non acquieſcant ſcrupuloſi, ſic cum eis procedatur.

I.

PRohibeatur aſſidua ſuper ſcrupulum ſuum reflexio.

2. Prohibeatur frequens Conſilii petitio,& recurſus ad Confeſſarium.

3. Prohibeatur frequens Confeſſionis repetitio.

4 Prohibeatur ſocietas agendi cum ſcrupuloſis.

5. Prohibeatur librorum rigidorum lectio.

6. Præcaveatur Confeſſarii mutatio.

7. Si non poſſunt adhuc eſſe quieti de anteactis Confeſſionibus: jubeat eos Confeſſarius deſcribere & explanare ea,in quibuſcunque poſſunt ſcrupuliſare, & deinde prohibeantur repetere Cõfeſſiones propter ſcrupulos

8 Et ſi his non acquieſcant. Prohibeantur facere examen peccatorum,ſed tantum ad interrogata Confeſſarii reſpõdeant & ſint quieti

Monita Confeſſario neceſſaria.

I.

ITaque, in Iudicandis his difficultatibus ſit peritus & diſcretus Confeſſarius, nam ſcru-

puloſi ſolent ſevere ſe accuſare, de cogitationibus blaſphemiarum & aliorum nefandorum criminum, qui ſi inciderint in Confeſſarium imperitum, & indiſcretum, is multo magis illorum conſcientiam conturbaret, illi vero affligerentur vehementius, & in deſperationem conjicerentur. Diſcretus erat ille de quo Gerſon refert: Fuit (inquit) quidam Pater in his rebus verſatus, multaque experientia præditus; cui, cum Monachus, agitatus moleſtiſſima blaſphemiarum tentatione, quã (ob rerũ fæditatem) explicare erubeſcebat, cum tandem aperuiſſet; is ſubriſit & dixit: Impone manum tuam capiti meo, quo facto; ſubjunxit Pater: Omnia illa peccata, eorumque totum pondus ſuſcipio in me, dummodo tu in poſterum non excrutieris! Cum autem ille Monachus vehementer miraretur, interrogavit eum Pater: Si aliquando ei tales cogitationes placuiſſent? quo reſpodente: Se magnopere ab eis abhorruiſſe; ſubintulit: ergo tu non eas agis, ſed pateris; ac ita te fatigatum vult Dæmon in extremam deſperationem inducere; Et ſic Monachus diuturna, qua vexabatur moleſtia, liberatus eſt.

2. Cavere proinde Confeſſarius debet; ne curando ſcrupuloſum; aliquam vacillationem in ſe demonſtret, quin potius fidenter, ac intrepide remedia adhibeat, nam ſi aliquando medicus medendo hæſitaverit, & remedia

timi

timide applicaverit, in ægro non poterit sequi securitas! Unde qui nunquam scrupulos in se superavit, non potest illos in aliis curare

3. Non agat Confessarius cum scrupuloso multitudine rationum (sic enim suppeditaretur occasio Scrupulorum) potius ad persuadendum sibi obedientiam devinciat, ut sine discursu captivet intellectum suum, de scrupulis non cogitet, non examinet, non discurrat; Ista enim infirmitas est doloris capitis, quod ut sanetur, somnum, & quietem requirit. Stabiliat itaque in eo obedientiam quam promptissimam; ut abjecto suo judicio submittat se omnino judicio superioris Confessarii viri pii, ac prudentis, ita ut ejus judicium in omnibus sequatur, abjecto suo, Hoc enim jubetur. *Tob. 4to Consilium semper a sapiente perquire. Et Prover. 3. Non innitaris prudentiæ tuæ!* Alioquin, si Iudicium Confessarii neglexerit, nullo modo juvari poterit.

4. Extra Confessionem raro, aut nunquam scrupulosum admittat adire se, propter interrogationes faciendas de dubiis & scrupulis suis. Hinc Vasques ait; si semper scrupulosus Confessarium aliumque doctum circa scrupulos consulet, nunquam ex hauriet fontem scrupulorum! Unde Confessarius potest verbis aliquando objurgare (mansvete tamen) dicendo, tales scrupulosos esse per modum amentium, & quod pudere eos debeat, ta-

les

les ſtultitias fovere in pectore, cum ſint homines rationis capaces, & cavere aliis manifeſtare, ne ab illis vilipendantur & profatuis habeantur.

5. Moneat: ut piorum, pacatas conſcientias habentium, exempla aſpiciant, & imitentur, qui in magna tranquillitate interna vitam ducunt, nec de illis ſiniſtre opinentur, quaſi ipſi laxius vivant, ſcrupuloſi vero cautius! alioquin nullum vitæ bonæ habebunt Exemplar.

6. Inſtruat: quod relinquens, aut omittens aliqua legis humanæ præcepta, ſi bono animo, ſeu fide, videlicet; quod in tali caſu lex non obliget, non erit mortale, etiamſi aliud ſcrupuloſus dicat, quaſi lex obliget. *Cajet. facit Rodriq.*

7. Generales Confeſſiones & repetitiones Confeſſionum non facile admittat, niſi magna & evidens neceſſitas acceſſerit, & ſi dubitet de diligentia in examine, ſciat ſufficere mediocrem ſuo vel Confeſſarii judicio taxandam.

8. In Confeſſione non permittat ad particularia nimis deſcendere, quia eorum explicatione magis inquietaretur ſcrupuloſus, ſed ſummarie peccata, præſertim ea, circa quæ ſcrupulum habet explicet, dum modo Confeſſarius intelligat mentem confitentis, animæ ſtatum & peccati ſpeciem! Scrupuloſi namque multiplicat verba, adinveniunt exagge

gerationes cum magno suo pudore, & sine Sacramenti necessitate, imo fit aliquando cum contaminatione Sacramenti. Unde, si quis peccavit cogitatione, sufficit dicere: toties turpia cogitavi, loquebar &c. & in eas consensi seu delectatus sum in eis, nec requiritur, ut addatur, cogitavi tale, vel tale quid. *Ita Gran. de pæni.*

9. Scrupulosi cogitationes semper in meliorem partem, & favorem Confessarius interpretetur; Credulitatem vero ejus pro certitudine habeat tantum, quando est in ejus favorem.

10. Non permittat confiteri dubia & scrupulos, quos habet, sed tantum ea, quæ manifeste cognoscit esse peccata; alias perpetuo manebit causa, occasio, & origo scrupulorum. Imo si nimium vexatur scrupulis, non debet confiteri, nisi ea quæ sunt evidenter peccata mortalia, & de quibus ita certus est, ut possit jurare ea esse mortalia vel etiam dubitet se ea non esse Confessum, licet jam ante fuerit Confessus; Unde nihil debet putare esse peccatum mortale, nisi tale certo esse noverit absque ulla hæsitatione, quod ex qualitate scrupulosi judicandum est.

11. Comprimat nimiam solicitudinem confitendi, & enumerandi peccata venialia, quæ inquietudinem generat, & multis periculis exponit, DEO autem talis solicitudo minus gra-

grata est, nam ea interdum procedit ex amore sui, & inordinato desiderio puritatis (volendo, ut nihil remaneat in conscientia, etiam minutissimi pulveris) Provenit etiam non raro ex confidentia in viribus naturalibus. Unde Eccl. 7. Vetatur nimia justitia, hoc est: per excessum inordinatum. Imo talis aliquando potest sine Confessione ad sanctam Communionem accedere, quamvis scrupulos sentiat si tamen in Confessione vel minimũ peccatum expresserit, absolvi debet, si id exigit, aut vult.

12. Eruditus quoque ac bonæ conscientiæ vir admonendus est de hoc vg. quod ipsemet nollet in simili casu alteri dare consilium illud, quod pro se capit! Unde colligere potest se non ex recta ratione ita opinari, quæ si abesset, aliter etiam de se ipso judicaret.

Resolutio scrupulorum circa Baptismum, si forte aliquando in quopiam inveniantur. Ex eodõ Moscicense.

INterdum homines solent subire talem dubitationem: Sumne ego baptizatus?

℞. In tali casu, perpendendæ sunt circumstantiæ. 1. Si extant, vel extabant Patrini? qui vulgo Patres baptismi appellantur. 2. Si Parentes fuerunt Catholici, & diligentes in rebus Fidei, & salutis! Nam si Hæretici fuerint, præsertim vero Ariani, facile est conjecturare, quid fecerint ex his, quæ facere solent. 3. Consideretur locus, In quo quis na-

tus

tus ſit : Si in Sylva, Civitate, Villa, ubi Ecclesia, aut prope aut longe. 4. Tempus: ſi tempore belli, vel peſtis, quo Sacerdotes, aut trucidati aut mortui ſunt. 5 Qui tempore nativitatis adeſſe potuerunt. 6. Si obſtetrix fuit perita & ſolita in caſu neceſſitatis legitime baptizare. 7. Si aliquando auditum eſt à fide dignis hoc aſſeverantibus. 8. Si poſt talem diſcuſſionem, & examen Notitia certa haberi non poſſit; Solida vero argumenta pro parte negativa fuerint, omnino baptiſmus ſaltim ſub conditione adhibendus eſſet, abſque ſolemnitatibus, & privatim, eo: quod ab aliis habetur, & cenſetur baptizatus. Verum ſi levis exiſtimatio eſſet de parte negativa, credendum eſt, quod ſit baptizatus, neque aliqua turbatio admittenda.

Ad extremum autem ita poſſes intra te diſcurrere: Iterare baptiſmum non licet, quod ſi ſcirem me eſſe beptizatum, certe vellem & deſiderarem, imo & ſuſciperem libentiſſime; Et nunc ſi, & quatenus neceſſe eſt: Volo & cupio, & pro peccatis à me patratis ſincere ob amorem DEI doleo. Tale propoſitum habens, etiamſi re ipſa non eſſet baptizatus, ſalvaretur; quia tale deſiderium, ſeu votum, dicitur baptiſmus flaminis *Sic ille;* In quo multa plura videre placeat.

Inſtructio Decima Quarta.

Quomodo Confeſſarius procedere debeat cum In-

duratis, consvetudinariis, & in proxima occasione peccati constitutis Ex Moscicense & aliis DD.

NOtandum scrupulosis per aliud extremum oppositi sunt Libertini, laxi, qui & perditi dici possunt! Hi enim post concupiscentias carnis euntes, & conscientiam cauteriatam habentes non modo scrupulis non agitantur, sed neque mediocri DEI timore moventur. Et sic in vita sua dissoluti sunt. Pro his remedium aliud (post auxilium DEI per orationem implorandum) esse non poterit quàm timoris DEI incussio, qui timor his modis introduci potest.

1. Ex Manifestatione pænarum, quæ sceleratis infliguntur post mortem in inferno, adeo certo, ut qua fide credimus esse unum DEUM Creatorem Cæli & terræ, & ipsius unigenitum pro nobis hominem factum & in cruce mortuum; debemus etiam credere ejusdem Christi veri DEI & hominis adventum ad Iudicium, in quo resumptis corporibus, sine fine victuri omnes homines, sententiam sunt excepturi, qua iustis æterna gloria, & iniquis æterna supplicia decernentur, & hæc utraque in æternum.

2. Ex suasione; ne talis velit esse in seipsum crudelis; animam suam (quam post DEUM maximi facere debet) utpote nihil ea intimius, nihilque charius habens, exponendo æternis suppliciis, à quibus ut nos liberaret

 Chri-

Christus acerbissimum & ignominiosissimum Crucis supplicium subiit.

3 Ex aggravatione periculi: Siquidem contemnens Misericordiam, sentiet justitiæ rigorem in illa terra miseriæ & tenebrarum, in qua sceleratis est finis, sine fine, mors sine morte, defectus, sine deficientia! ibi enim. & mors vivit, & finis semper incipit, & defectus deficere nescit! ibi damnati vivunt, ut moriantur, semper moriuntur, ut extingui non possint. Ad hoc propositum pulchrum est exemplum in speculo Exemplorum, verbo impænitentia.

4. Adjici potest: quod obstinatum esse in malo, Diaboli est, non hominis, qui in hac vita cadit & resurgit, semperque aditum habet ad Christum benignum. Et quidem mutari de bono in malum, ignominiosum est. de malo vero in bonum, gloriosum coram DEO & Angelis eius atque coram hominibus, qui sicut mala vita peccatoris offendebantur, ita bona pænitentis ædificabuntur.

Monita Confessariis salutaria circa inveteratos peccatores ex Teretio c. 3. Parag. 5. q. 3.

I.

Confessario in hoc maxime laborandum: ut in peccatoribus inveteratis verum pro peccatis dolorem excitet, & in proposito efficaci, sese corrigendi, stabiliat.

2. Attamen cum talibus, etiamsi gravissi-

ma peccata afferant, zelo aliquando inordinato (puta) per idignationes, increpationesque; animi, multo magis corporis perturbationes nullatenus agat Confessarius, nam per eas, ad impatientiæ peccatum, vel desperationem aut gravem animi exacerbationem in ipsum Confessarium, utpote ex consuetudine peccandi valde fragiles, cum dispendio sacræ pænitentiæ possunt devenire; Sed potius cum Angelis DEI ipsi gaudendum est! quod tales ad pænitentiam recurrant; & more Christi, Magdalenam, Latronem, aliosque peccatores absolventis cum benignitate & clementia esse suscipiendos! Vera enim justitia, teste D. Gregorio, habet compassionem, falsa indignationem. Satis isti miseri, ex remorsu conscientiæ propriæ & turpitudine peccatorum suorum, ipsi sponte in genua procumbunt, se reos pronunciant, expectant misericordiam DEI & Confessarii, ut consolentur, & ex illis vinculis resolvantur. Unde Christus in revelatione S. Brigittæ lib. 5. post interrogationem 8. admonet: cum peccatore, sicut cum infirmo debere tractari; Imo, ipse Confessarius sit memor fragilitatis suæ; quod in maiora peccata prolabi posset, nisi DEUS eum custodiret.

3. Quod si in aliquibus Doctoribus Confessarius legerit, de facienda talibus peccatoribus increpatione, intelligat; bonos au-

thores loqui de reprehenſione ſcelerum & gravitate eorum oſtendenda, quæ tamen moderate eſt adhibenda; non autem intelligat de reprehensione & increpatione ipſorum peccantium, qui ad reſipiſcendum ſunt animandi, ut eo modo vinum & oleum cum pio Samaritano ad ſananda ipſorum vulnera infundatur. Servabit ergo Confeſſarius illas Conſuetudines ſuo officio debitas, quæ paſſim circumferuntur utpote.

Confeſſor dulcis, affabilis atque benignus,
Prudens, diſcretus, mitis, pius, atque fidelis.

4. Ne pænitentem (poſito quod ipſe illum obſolvere poſſit) ad alium Confeſſarium remittat, pro majori cautela; gravem enim injuriam in hoc facit Confeſſarius pænitenti, cum hic habeat jus poſt inchoationẽ ſuæ Confeſſionis, ut ipſum ad finem audiat, & diſpoſitum abſolvat.

5. Itaque Confeſſarius audita integra pænitentis Confeſſione, ac præmiſſo cum ipſo debito examine, animadvertat; an ſub ſit aliqua obligatio: vg. addiſcendi aliqua neceſſaria ad ſalutem, vitandi occaſiones peccati proximas, non celebrandi in Excommunicatione, in irregularitate &c. reſtituendi honorem, famam, pecunias, aut petendi veniam ab offenſo, ædificandi proximum, quem ſcandaliſavit, eaque ipſi pænitenti indicet & injungat.

6.

6. Videat deinde: num pænitens ſit ſufficienter præparatus ad accipiendam obſolutionem, eumque juvet: ut ſi non ex amore DEI, aut Regni Cæleſtis deſiderio, ſaltem timore gehennæ concipiat ſerium dolorem; & tale propoſitum, quo affectum peccandi excludat, in ſpe veniæ per Chriſtum obtinendæ, de quo Concilium Tridentinum Seſſ. 6. c. 6.

7. Si judicat diſpoſitionem pænitentis debiliorem, ut per Sacramentum juſtificetur, nullo modo ipſum abſolvat, ſed ſuaviter dimittat, ut melius paratus accedat, ſin autem probabiliter exiſtimet eſſe ſufficientem, quod fere præſumendum eſt, niſi contrarium conſtet, tunc ipſum juvet per admonitiones ſequentes

Monita a Confeſſario danda Inveterato pænitenti ad concipiendum dolorem.

I.

ADmonendus eſt: ut gratias agat Domino DEO, quod ſe in his peccatis ad æternam damnationem non damnaverit, ſiquidem hactenus ſibi cælum clauſum fuit, infernus apertus, DEUS graviter offenſus, quia ergo expectavit eum ad pænitentiam agendam, libentiſſime eam peragat.

2. Deinde graviſſime doleat (etiam infinitum dolorem optando) quod DEUM infinitæ Maieſtatis, Dominum ſuum, Principalem Patrem, cui totaliter ſubeſſe, & obedire obligatus ſemper fuit, tam graviter offendit tranſ-

grediendo mandata ejus, ipſum vili penderit, ſuam voluntatem divinæ antepoſuerit, plus ſuis belluinis concupiſcentiis, quàm legibus divinis detulerit, potiuſque elegerit tentationes Diaboli, quam inſpirationes divinas perficere &c.

3. Defleat per cordis lachrymas, cum Petro, Magdalena, & aliis vere pænitentibus peccata ſua, & cum ipſis excitet in ſe firmum & efficax propoſitum, potius omnia relinquere per gratiam DEI, etiam ipſam Vitam, quá amicitiam cum DEO amittere. Alias ſi non verum habet propoſitum DEUS illud videns, denegabit gratiam ſuam; Et ſic dicet quidem Confeſſarius, credens promiſſis de emendatione: Ego te abſolvo! Dicit autem DEUS, (ſi non ſit verum propoſitum confitentis) Ego te condemno: Dixit enim DEUS Caino: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

4 Obduratus, mane ſemper, per aliquot hebdomadas coram DEO, vel Beatiſſima Virgine, vel aliquo Patrono ſuo proponat potius mori, quam ſuam obedientiam DEO per peccatum mortale ſubtrahere, ad cujus propoſiti proteſtationem dicat aliquas oratiunculas, quas affectus (dictante Spiritu Sancto) porrexerit, ſanctique Patroni ſui, Angeli cuſtodis, præſertim Beatiſſimæ Virginis auxilium imploret.

5. Teſtetur ſuum amorem erga DEUM,

quo

quo illum plus æstimet quam seipsum, quàm totum mundum, plus illius sanctissimam voluntatem, quàm suam, malitia infectam: dicendo Canticum Beatissimæ Virginis. Magnificat, &c. Aut quinque Ave MARIA, cum Symbolo Apostolico, in quo dum illa verba pronunciabit: Credo in DEUM Patrem &c. hoc sensu proferat: Non mihi, sed DEO vivo, & cunctis post positis, ac me ipso.

6. Sæpius ad Christum aspiret, per illam oratiunculam: *DEUS propitius esto mihi indigno peccatori: Miserere mei DEUS secundum magnam Misericordiam tuam &c. Sanctissima Mater MARIA per tuam compassionem in cruciatibus Filii tui, ora pro me! Sancti Patroni per vestra merita juvate me.* Et plures devotiones, crebra suspiria peragat, quæ videre licet in variis libris devotionalibus. Pro hac materia vide Instructionem 16. Nro 1.

Instructio Decima quinta.

Quid faciendum Confessario. qui videt pœnitentem in proxima occasione peccati.

I.

RESpondent communiter Doctores (quos citat Teretius) si sit occasio proxima peccandi mortaliter, tenetur Confessarius exigere à pœnitente propositum firmum eam tollendi. Ut autem sit proxima occasio, duo debent concurrere: 1. ut sit voluntaria, si enim vitari possit, moraliter loquendo: & ab alio censeatur potius illata, quàm assumpta,

non reddit indignum absolutione. 2. debet esse talis occasio ex suo genere, ut statim illa data, homo in mortale cadat, sive ut nata sit frequentissime homines similis conditionis ad talia peccata inducere & experientia doceat talem effectum habere in hoc pænitente. Hic itaque ad judicandum, multa prudentia debet uti Confessarius; Nam uni occasio proxima est, quæ eadem in alio talis non iudicatur, vg. frequentatio popinæ uni est occasio proxima ebrietatis, & aliorum peccatorum mortalium, quæ alteri talis non censetur, licet etiam aliquando peccare eum contigerit, & similia. Cum ergo occasio censetur proxima alicui esse; talis non potest absolvi, nisi proponat eam tollere, si autem non sit taliter proxima, potest absolvi.

2. Sed: quid si pænitens dicat, se non posse sine scandalo, vel infamia, vel gravi incommodo talem occasionem tollere; huiusmodi sunt casus quotidiani, & multum timoratos Confessarios torquent. Exemplum sit: Famulus cum Famula in eadem Domo conversantes, carnalium cogitationum & tactuum mutuo sibi sunt occasio, & allegant se eam domum non posse deserere sine gravi incommodo &c. Item Filius Familias male conversatur cum ancilla, aut consanguinea cohabitante, vel sorore, nec se posse deserere Paternam Domum, nec id ipsum fieri posse

ab

ab altera. Item Adolescens in matrimonium optat aliquam puellam, nec potest eam alloqui sine motibus carnis, in quibus solet delectari, & sic est infrequenti statu peccati, sed hanc familiaritatem ob matrimonium prætensum negat se posse deserere.

Ad hoc respondet Teretius, cum Marchantio in Resol. Patt. de pæniten. In his, & similibus casibus videndum esse an sit aliquod remedium, quod susceptum a pænitente credatur posse ipsum cum DEI gratia præservare a lapsu atque ita pænitens, si admittat tale remedium cum proposito non consentiendi amplius peccato, absolvi potest.

3. Verum tamen moneatur talis pænitens resoluto animo repræsentare personæ illi (cū qua male versatur) periculum, in quo sunt, & quod ob illud denegatur absolutio, nisi inde Confessarius timeat aliquod sibi inesse periculum (vg a concubinario) ideoque obsecrare eum debet in Domino, ut meliorem jam ineat rationem vitandi peccata, imo periculum peccandi. Eliciat propositum efficax non conversandi in tenebris cum illa, aut in loco remotiori, & solitario efficacius ad peccatum inducente.

4. Paratus sit, non solum loca, sed & occasiones, quas judicat maxime proximas, sibi ordinarie initium peccandi dantes evitare, puta: aspectus nimis fixos illius personæ, aut

manuum, facieique attactus, blanditias, illecebras omnes. Ordinetur ei aliqua brevis oratio jaculatoria, qua quotidie propositum renovet non cadendi, idque aliquoties per diem recitanda. præfertim ad B. V. Mariam, S. Iofephum &c.

5. Sed, si adhuc reincidat? ℞. Teretius; cum Reinaldo de prudentia Confeffarii; Non ideo neganda abfolutio, Si majorem dolorem & propositum firmius, quam antea repetat, præfertim, si aliquantum fe contineat & diminuat numerum peccatorum ita ut aliqua inchoatio, aut fpes emendandi adverti poffit. Quod si nulla cura sit in illo falutis, nulla apparentia, aut fpes emendationis, fed potius ruina in pejus, remonftrentur ei pænæ æternæ, ignis perpetuus &c. Itaque ex his, & similibus motivis, quomodo difpositum pænitentem viderit Confeffarius, sic cum eo aget in Nomine Domini, implorans, tam pro illo, quam pro fe DEI auxilium ad prudenter agendum.

6. Addo: Advertant Confeffarii excipientes Confeffionem pænitentium, præfertim de peccatis carnalibus fefe accufantium; ut eofdem non intermittant interrogare: Utrum ifti lapfus fuerint ante modernam Confeffionem, & quam pridem inchoati? & utrum cum una, aut diversis Perfonis? & qualibus? v. g. si cum confanguineis? & in quo gradu! Si cum li-

ligatis? si cum aliorum Sponsis? Si cum violentia? ubi esset stuprum? Si cum personis sacris? & DEO dicatis? Ex qua parte inductio fuit ad peccatum, (est enim circumstantia aggravans inducere in peccatum, non cogitantem de illo) Si contra naturam? Si non in bestialitate &c. Et si intelliget Confessarius pænitentem, non cum una persona, sed cum variis in diversis locis, & occasionibus præmeditatis, aut non præmeditatis, peccata perpetrasse, facta seria admonitione & pænitentia congrua assignata facile absolvere eum potest. Si autem intellexerit, quod peccata illa commissa sunt cum una eademque persona & cum quali, inquirat; utrum sit concubina! & a quo tempore? vel utrum in proxima occasione? vel utrum ea peccata confessus sit? & an uni confessario! an diversis: (sciunt enim tales carni dediti & in habituati quærere novos semper Confessarios, qui suum statum ignorent, à quibus facile absolvantur) Et si denique intellexerit, Quod sit concubinaria, vel in proxima occasione, vel quod diversis Confessariis peccata confiteri soleat, admoneat eum serio, fraudulenter agere cum læthaliter infirmante anima sua, quod ad eam curandam, & sanandam pluribus, non uno, utatur medicis? sicut enim vulnus corpori inflictum, si plures curent medici, ignorantes quæ nam applicata sint media an-

antecedenter, non sanabunt vulnus, sed irritabunt & incurabile reddent, sic medici spirituales plures, nescientes statum animæ pænitentis, (cum quo se abscondit) non sanabunt animam, sed ipsa in sua infirmitate ingravata malis, peribit in æternum. Quare intellecto statu pænitentis sic eum curabit & disponet, prout dictum est de talibus, in quo quis statu peccati versatur.

Instructio Decima Sexta.

Quid agendum cum recidivis sine proxima occasione.

I.

Breviter ad hoc respondetur ex communi Doctorum; Recidivum in peccata: qui non est in proxima semper occasione peccati, sed ex fragilitate frequenter labitur, talem inquam semper absolvendum esse, modo ostendat signa veræ pænitentiæ, & propositum cavendi peccata, quia recidisse in idem peccatum, non videtur esse argumentum defectus veræ pænitentiæ, sed signum infirmitatis. Unde communiter absolvuntur semel in anno confitentes, si nullum aliud inferant impedimentum, quantumvis in peccata, quæ antea confessi erant, recidisse deprehendantur. *Ita Teretius citans Navar. de Euchar. c. 3.*

2. Attamen ex eodem Navarro; Non est absolvendus pænitens recidivus non dans signum sufficiens propositi firmi non peccandi de cætero, si nulla emendatio, neq; emenda-

tionis inchoatio in eo extitisse observetur, aut si infirmitas imbecillitasq; illius, aut ingens propensio ad peccatum, aut externæ occasiones redeundi persuadeant nullam futuram emendationem: quia istius modi (ut supra ex dictis patet) præsumitur carere vero dolore & proposito.

Remedia proponenda Recidivis.

I.

POrro adversus recidivum adhibenda remedia quæ ex Gersone Polanco &c. Teretius in suo libello adducit. Hinc si recidere contigerit pænitentem secunda die, jejunet in pane, & aqua, vel recitet psalmos pænitentiales, sive alias preces, aut aliquam pecuniam pro Eleemosyna tribuat pauperibus, confiteaturque intra triduum peccatum commissum.

2. Cum succumbendo tentationi contigerit consensus in peccatum: per actum contritionis ad misericordiam DEI consequendam aliquas orationes dicat, aut certe, cum cæterorum præsentia impedit, saltem manu ad pectus admota (quod si fieri potest aliis non advertentibus) summe dolere studeat.

3. Recidivanti juxta conditionem illius, & peccatorum gravitatem, ultra pænitentiam, quam par fuerit illi imponi, injungatur aliqua oratiuncula sæpius recitanda. vg. *Pater noster &c. Ave MARIA &c.* aut aliquid ejusmodi in me-

moriam gratiæ DEO per Sacramentum obtentæ.

4. Moneatur in Confeſſione: ut antequam cubitum vadat, cogitet quod fortaſſe hac nocte morietur & pro peccatis ſuis condemnabitur! Unde faciat examen conſcientiæ & pro admiſſis delictis pænam aliquam ſponte ſubeat, ſaltem pectus, vel faciem ſuam percutiendo, terram oſculando, proteſtans ſe coram DEO illa indignum, duris cubando &c. ut ſibi aliquid ſemper de amore inordinato ſubtrahat.

5. Aliquam partem ferculorum, vel potus, vel ſomni ſibi adimat, cilicium geſtet, diſciplinas faciat &c. ut aſueſcat corpus ſuum Spiritui ſubjicere.

6. Legat aliquem librum Spiritualem ad vitia ſua ex ſe eradicanda, Confeſſiones & Communiones ſacras ſæpius peragat, conciones audiat, Pauperes foveat, illa verba ſæpius in Corde pronunciet: *Credo, ſpero, amo!* Actus Contritionis, amoris DEI & ſpei, ſæpius eliciat B. V. MARIÆ, ac SS. Patronis ſuam fragilitatem commendet, Cæli delicias in æternitate, ac pænas inferni ſemper in memoria habeat, ut ſic turpitudinem peccatorum abhorreat.

7. Tandem legat ſibi recidivus illa verba Chriſti in revelatione S. Brigidæ dicta lib. 1. Cap. 7. & 56. contra peccatores: *Maledictum*

ſit

ſit omne, quod de terra ad utilitatem ſuam receperint, quia non laudant DEUM, & Creatorem ſuum; qui dedit eis hæc, Maledictus ſit cibus, & potus eorum, qui paſcunt corpus in cibum vermium! & animam ad infernum! Maledictum ſit corpus eorum, quod reſurget in infernum ſine fine arſurum! Maledicti ſint anni eorum, quibus vixerunt inutiliter! Maledicta hora; quæ incipit eis in inferno, & nunquam finietur! Maledicti ſint oculi eorum, quibus viderunt lumen Cæli! Maledictæ ſint aures eorum, quibus audiverunt verba mea, & non curabant! Maledictus guſtus eorum, quo guſtaverunt dona mea! Maledictus ſit tactus eorum, quo tractaverunt me! Maledictus ſit odoratus eorum! quo odoraverunt delectabilia & me neglexerunt delectabiliorem ſuper omnia; &c. &c Tunc ſentient, quod nunc credere contemnunt, quia verba mea fuerunt charitatis, tunc intelligent, quia quaſi Pater monui eos, (intellige per Sacerdotes, nec enim convenit Chriſtum ad quemlibet deſcendere) *& me noluerunt audire;* Et hæc ſufficiant. Ex Teretio citato ſupra.

Inſtructio Decima Septima.

Quomodo procedendum in difficultatibus, circa Baptiſmum occurrentibus.

I.

QUoniam paſſim fit (ut cognitum eſt, ut obſtetrices ſuſcipientes à Matribus parturientibus infantes) licet nulla adſit neceſſitas & periculum, ex ſua prava conſuetudine baptiſent illos ſtatim natos, & quidem aliquæ, quæ

quæ ſciunt conformiter, juxta ritum Eccleſiæ, aliæ, quæ non ſciunt, nec ſunt inſtructæ, difformiter! Et tamen infantes iterum ſecundum ritum Eccleſiæ ordinarie à Sacerdotibus baptiſantur; & ſic bis (quod nullo modo licet) baptiſmum ſuſcipiunt; Imo hoc plerumque fit: ut una recedente vetula ab infante per ſe baptiſato, ſuccedat & superveniat alia, & aliquo zelo inordinato, aut charitatis, ſive devotionis (utinam non auſim dicere) maleficii, motivo: iterum baptiſet infantem ſive debite, ſive indebite aut conformiter, ſive difformiter, per quod magnam irreverentiam faciunt Sacramento, neſcientibus penitus Sacerdotibus illos infantes poſtea ordinarie, & rite baptiſantibus; Ideo meminerint Parochi & Concionatores ſæpius hanc inculcare omnibus ſcientiam: ne illæ obſtetrices, nec ullus alius (ubi non eſt periculum mortis infantuli (audeant iſta patrare, nec ullas cæremonias, (quæ vetulis ſunt communiſſimæ) utpote aſperſiones, verborum quorumvis prolationes proferre ſuper natos infantulos audeant & præſumant, niſi forte adſit evidens periculum mortis, & Sacerdos ſupervenire non poſſit, nec de viris quiſquam adſit, qui potiori jure, quam fæminæ, in defectu Sacerdotis baptiſare poſſit, quibus abſentibus, una prudentior, & bene inſtructa poteſt baptiſare infantem proximum

mor

morti, idque ordinaria, in Ecclesia forma: *Ja ćiebie chrzczę; w Imię Oycá, y Syná, y Duchá święgtego Amen.* Præmissa intentione; sine ullis additamentis vetulinarum excogitationum & consuetarum eisdem cæremoniarum (de quo modo & debita methodo, ut à Parochis, & concionatoribus edoceantur & præmoneantur, summe necesse est:) idque simplici aqua abluendo infantem; vel benedicta si adsit; idque ut dixi: præmissa intentione id facere; quod intendit sancta Romana Ecclesia. Quam intentionem, dubito, an habeat ulla vetula baptisando, quia non docentur; aut raro aut nullibi. Alias, qui sine necessitate baptisat non habens jus, peccat graviter. *Ita Bonacina cum multis, de Baptismo tractans.*

2. Quoniam materia remota baptismi est aqua naturalis, proxima vero est externa corporis ablutio; sive fiat per immersionem corporis in aquam, sive per infusionem super corpus, sive etiam in necessitate per aspersionem; non tamen omnis aqua licet vera, & naturalis, idonea est ad baptisandum, nisi sacris in fontibus benedicta sit! quod intelligendum est; dum baptismus in Ecclesia de more solemniter celebratur; Nam si urgente necessitate baptismus extra Ecclesiam sine cæremoniis moribundo infanti sive adulto confertur, quælibet aqua, (modo naturalis sit,) ad baptisandum idonea erit. *Ita*

Servius, alias, amicus Fidelis part. 3. de Baptismo.

3. Quando aliquis administat Sacramentum baptismi, & utitur aqua simplici quidem sed alterata & fæda, idque facit extra necessitatem, valide administrat, sed graviter peccat peccato sacrilegij, quia facit contra reverentiam Sacramenti. *Ita Bonacina cum multis, quos citat de baptis: Dis 3. 9. 2. pun. 3.*

4. Non est licitum Ministro (id est Sacerdoti, qui ex officio solemniter baptisat, sive Domi, sive in Ecclesia, non solum uti aqua alterata & ficta, verum neque licitum est, seclusa justa necessitate adhibere quamlibet aquam naturalem veram & puram, sed illam aquam adhibendam esse, quæ præsentatur in Ecclesia, qualis est aqua sacrorum fontium. *Bon. cum multis loco Cit.*

5. In necessitate quicunque homo habens usum rationis, potensque, & sciens debitam formam proferre, & materiam applicare potest baptizare, hinc in necessitate: Fæminam, Hereticum, imo etiam Paganum posse valide conferre baptismum, modo intentionem habeat baptisandi, censent Doctores. *Ita Bonacina citans alios loco supra citato Propositione 2da Nro 6to.* Peccat tamen adultus recipiens baptismum à Pagano *ibidem.* Item peccat, qui non est Sacerdos baptizans extra necessitatem, licet baptizet sine solemnitate *ibidem.*

6. In extrema necessitate licitum est uti

aqua

aqua, de qua dubitatur, an sit naturalis, & apta baptismi, quando non adest aqua naturalis vel certa; Nam melius est baptizare aliquem aqua, de qua dubium est; an sit apta & sufficiens, ad baptismum, quàm nullo modo baptizare, nam fieri potest, ut sit vera materia, & consequentur verus baptismus & consequentur baptizatus salvetur *Ita Bonacina cum multis, Propositione 1ma de baptis. Nro* 9. Verum tamen hoc modo baptizatus, rebaptisandus est sub conditione materia solita, & conveniente, si supervivat. *Ibidem idem Nro* 10.

7. Sunt authores multi, qui docent in casu necessitatis deficiente aqua naturali, artificialem adhiberi posse, qualis est aqua rosacea vel aqua aliorum florum, sive etiam herbarum & plantarum per stillationem elicita. *Ita Servius Amicus Fidelis, citans: Joan. Pateanum S. Theol. Profess. cui assentitur Joan. Præp. uterque in* 3. *parte D. Thom. q.* 66. *art.* 4. *n.* 3.

8. An vero hoc pacto irreverentia Sacramento non irrogetur, periculoque irritationis non exponatur, ℞. in simili dubio Sancius: Sacramentum iuri suo cedere, nec ægre ferre, se exponi periculo irritationis, ubi de salute spirituali proximi, & de maiori securitate agitur. Et quod; ubi charitas cum Religione concurrit; Religio haud dubie charitati cedit. Quanquam irritationi baptismatis cavebitur, si sub conditione videlicet: (*Si*

materia hæc idonea sit) conferatur, quod omnino faciendum censet Ioannes Præpositus/sub lato itaq; periculo, quæsita diligenter & inuenta aqua non dubia, baptismum sub conditione,si baptisatus sit superstes)iterandum. *Sic apud Servium Citatum.*

9. Quænam quantitas aquæ requiratur ad baptismum? ℞. Citati infra, illam quantitatem sufficere, quæ sufficit ad abluendam corporis partem, qua abluta possit homo dici ablutus, cum autem ad abluendam corporis partem sufficiat parva quantitas aquæ, cum eadem quantitas sufficienter possit applicari, sequitur parvam quantitatem aquæ posse sufficere ad baptismum. *Ita Bonacina cum multis de baptis. disp* 3 *q.* 2. *pun.* 3. *prop.* 2. *Nro* 15.

10. Non esse validum baptismum: quando quis una, aut duabus aut tribus aquæ guttis aspergitur, præsertim si guttæ persistunt, & non fluant per corpus! Ratio! quia ad baptismum requiritur contactus successiuus;& tanta quantitas aquæ, qua homo possit denominari ablutus. *Ita Bonacina cum multis ibid. nro* 19

11. Non esse validum baptismum: Si aqua contingat tantum vestes, aut pileum, aut aliquid aliud extra carnes, imo etiam si solos capillos attingat, nam capilli non sunt partes corporis,sed tantum quædam superfluitas, & excrementum, consequenter capillis aqua ablutis, non potest homo dici ablutus. Ita

cum

çum plurimis. *Bonac. loc. citato* Nro 29.

12. Præcipue in capite homo abluendus eſt; In neceſſitate autem in quacunque corporis parte, etiamſi in digito abluatur, valet; tranſacta autem neceſſitate re baptizandus erit ſub conditione, ſi dubitetur ita partem illam ſufficere, ut homo dicatur ablutus. *Ita Bonac cum aliis de baptiſmo loco citato* Nro. 24. In utero Matris non poteſt infans baptizari etiam moriente matre, & non edito Infante, niſi forte poſſit ita inferri aqua in uterum matris, ut abluat infantem, cum prolatione formæ baptiſmi quatenus dici poſſit: Homo ablutus. *Ita Bonac cum aliis ibidem* Nro 25.

13. Si infans naſcendo ante plenum egreſſum de utero matris baptizatur & abluitur in capite, non eſt rebaptizandus, cum poſtea totus exierit: hoc enim eſt præcipuum membrum, quo abluto dicitur homo ablutus, & hic videtur communis uſus Eccleſiæ. *Ita Bonac. cum aliis loco citato* Nro 23.

14. Si Mater parturiens moriatur & infans cognoſcatur eſſe vivens in utero: Tenetur Parochus, aut qui adeſt prudentior, curare; in defectu medici aut hirurgi (uti fit in pagis) per obſtetricem excindendum eſſe infantem ex utero Matris, quæ moneatur (ſiquidem in re tam magni momenti neceſſaria eſt ignoranti inſtructio) ut primo caute excindat ipſam matricem & eximat; (ſi non no-

verit modum infantem ex ipsa matre elevandi) deinde ipsam Matricem scindat usque ad ipsam secundinam, quæ est alba membracula obvoluens infantem instar cuticulæ in ovo pullum continentis, quæ etiam debet scindi, licet præsente Sacerdote, vel ea, quæ scit baptisare. Tandem quantocius infans baptisetur (nam juxta placitum Medicorum, plus minime una hora in matre mortua non potest supervivere) ubi aqua in promptu debet haberi etiam simplex, si non posset esse benedicta; vel si est periculum in mora; ipsa obstetrix citius baptizet (posito quod non sit monstrum vel vermis) forma usitata & materia adhibita debita; si supervivat infans Sacerdos Cæremonias baptismi suppleat ex rituali; Infans vero exemptus mortuus non baptizatus, non potest una cum Matre sepeliri in loco sacro, secus, non exemptus ex utero, quia tunc est pars Ventris, sic *Bonacina cum aliis de baptismo*: Quousque autem vivit Mater, non est scindenda, ut infans extrahatur & baptisetur *idem ibidem*.

15. Quodsi circa partum in utero matris infans suffocetur & moriatur, & hoc liquide constet, consulendo, ne & mater non edito fætu moriatur, potest matri dari pharmacum, quod excludat & ejiciat ex ea mortuum infantem, ut illa salua servetur. *Ita docet Teretius Amicus Fidelis cum aliis.*

16. Propter ſalvandam Matrem ex periculo mortis, vivum infantem nullo modo licitum eſt ex utero ejus expellere, & enecare prolem *Ita Docet Sylveſter Verbo Medicus q. 4. Armilla: verbo abortus, Navarrus c. 25. n. 62. &c.*

17. Quando nulla eſt ſpes, ut vivus edatur partus, & ex alia parte adeſt ſpes ſanitatis Matris; ſi adhibeatur ſanativum remedium, poteſt hujuſmodi remedium adhiberi, etiamſi æque ſit ordinatum ad Matris ſalutem & fætus ad mortem, cum mater videatur uti jure ſuo poſſe, nec tenetur vitam exponere, quando non extat ſpes ſalutis ſpiritualis proximi, modo remedium æque ex ſuo genere ſit ſanativum, nam remedium ex ſua natura mortiferum fætui non poteſt licite adhiberi, etiamſi adhibeatur abſque directa intentione perimendi fætum. *Ita Bona. cum aliis.*

18. Fætum animatum poſt conceptionem in Viris poſt 40. dies, in fæminis poſt 80. volunt eſſe Doctores communiter.

19. Monſtrum genitum ex viro & fæmina baptizandum eſt, modo ſit illud monſtrum homo, ex corpore & anima rationali, imo ſi conſtet monſtrum illud habere duplicem animam ut ſi habeat duo capita & duo corpora diviſa, bis baptizandum eſt in utroque capite, vel ſaltem unico actu baptizandum eſt dicendo, Ego vos baptizo (ſi periculum ſit in mora & neceſſitas exigat) ſi vero dubitetur; an conſtet

ftet duplici anima rationali, ut fi habeat duo capita cum uno pectore, vel duo pectora fub uno capite, duplex Baptifmus conferendus eft; unus abfolute ex parte, in qua perfectius caput apparet, alter fub conditione in alia parte, quæ conditio mente etiam concipi poteft ante prolationem formæ: *Ita Bonacina cum plurimis.*

20. Quando dubitatur; utrum monftrum fit genitum ex viro & fæmina, vel ex fæmina & bruto, poteft baptizari fub conditione, nifi certo conftet animal effe rationale. *idem ibidem*

21. Si nafcatur monftrum habens caput ferinum, & reliqua membra humana, & adhibita diligentia debita ad inquirendum, an fit homo; vel bellua, vel natus eft ex viro; & fæmina, *dicit cum aliis Bonacin.* (arbitror remanente dubio) abfolute baptizari non poffe; fed ad fummum cum conditione. *ibidem.*

22. Quando dubitatur, an infans baptizatus vel non, ex eo quia fuit baptizatus vg. in pede &c. vel cum materia five forma dubia, fi ab hac vita decedat: eft ne fepeliendus in loco facro? Refpondent Bonacina, Diana, Remigius apud Octavium Maria fuis locis citati; effe fepeliendum & rationes dant interrogatione 767. fol. 393.

23. Infans expofitus quocunque loco, fcriptum penes fe habens teftificans baptizatum fe effe, eft ne adhuc fub conditione rebati-

zandus: vel non? Respondetur apud Octavium Maria Interrogatione 765 fol. 196. Pro utraque parte adesse validas rationes DD. & authoritatem, Sed Bonacina, Diana, Remigius ibidem Citati, cum conditione rebaptisandum tenent, præter alias ibidem rationes. Hoc maxime attento, Si supponatur subjectus esse infans à Iudæis vel Hæreticis, qui execrantur baptismum, vel saltim utrum sit bene baptizatus.

24. Invalidus est baptismus, si duo unum infantem baptizant, alter applicando materiam alter formam. *Ita Busembaum cum aliis citatis de baptismo.*

25. Cognatio spiritualis non contrahitur inter ipsos Patrinos, ut docent Doctores communiter, & habetur ex Consti. Pii V. quæ incipit: (*cum illius vicem*) edita anno 1566. in qua etiam aperte declaratur: Posse Patrinum matrimonium contrahere, cum qua simul alienum Filium suscepit. Sic apud Octavium Maria Citantem alios parte 2. Repertorii Interrogatione 873. fol 344. Contrahitur autē Cognatio spiritualis, quæ est impedimentum dirimens Matrimonii, Inter baptizantem & baptizatum, baptizatique Patrem & Matrem, inter baptisatum & Patrinum, qui locum Patris matris tenet, non autem inter ipsos patrinos oritur aliqua spiritualis cognatio; *Sic apud eundē Interrogationē 786. fol. 413. ubi citantur alii.*

Instructio Decima Octava.

Quomodo procedendum ſit Sacerdoti in difficultatibus circa Matrimonium occurrentibus?

I.

SI Parochus in Confeſſione Sacramentali novit aliquem habere inpedimentum Matrimonii dirimens, non poteſt illi denegare Matrimonium propter impedimentum in Confeſſione cognitum; alias eſſet fractor ſigilli confeſſionis, debet igitur ipſum pænitentem intra Confeſſionem admonere; ne contrahat; ſi vero jam parata ſunt omnia ad nuptias, nec adeſt alia via evadendi infamiam, vel ſuſpicionem gravis delicti in Confeſſione manifeſtati; poteſt Confeſſarius uti tali remedio: ut ſponſus voveat caſtitatem ad menſem, deinde dicat conſanguineis, aut etiam aliis, voto caſtitatis obſtrictum ſe eſſe, ſibique à Confeſſario mandatum, ut Matrimonio abſtineat, donec obtineatur à ſede Apoſtolica diſpenſatio, debet tamen cavere, ne dicat votum eſſe ad tempus, ne audientes poſſint dicere quod ſufficiat Epiſcopi diſpenſatio, nam tunc dictum remedium nihil valeret. *Ita Octavius Maria citans alios Interrogatione* 816.*fol*.434.*Tom*.1.

2. Quando quis obtinuit diſpenſationem ſuper impedimento occulto in foro interno, ſi poſtea contracto Matrimonio detegatur & publicetur dictum impedimentum, opus eſt: ut impetretur ratificatio diſpenſationis in fo-

ro externo,& interim cohabitare non poſſunt ſimul contrahentes, imo per judicis officium ſeparandi ſunt, donec in foro externo diſpenſationem obtinuerint. *Idem ibidem citans alios Interrogatione* 818.

3. Poteſt Epiſcopus diſpenſare in impedimentis dirimentibus, quando Matrimonium bona fide contractum eſt, & publice, ac impedimentum eſt occultum & ſeperatio Conjugum nequit fieri abſque magna famæ jactura aut ſcandalo, aut alio magno inconveniente, & neque ad Pontificem iri, neque ad alium habentem Privilegium diſpenſandi, aut ſi adiri poteſt, diſpenſatio tamen differri nequit abſque probabili periculo. *Idem ibidem interro.* 817. *citans alios.*

4. Confitendo pænitens Sacramentaliter, dicit ſe, (cogente Domino) contraxiſſe Matrimonium, quod ſicut coacte contraxit; ita illud tenere noluit, ſed à conſorte aufugit non conſumato matrimonio in alias partes, ubi complacens ſibi in alia perſona libera, contraxit matrimonium cum ea, tandem movetur ſcrupulo, petit ſe in Confeſſione Sacramentali quietari; quomodo ergo reſolvendus eſt, Reſpendetur: illud Matrimonium ex metu Domini reverentiali contractum irritum eſſe, non ſolum jure naturæ, ſed etiam jure poſitivo; Requiritur tamen ad reſciſſionem talis Contractus Matrimonialis ſententia Iudicis,

non

non tanquam irritantis sed solum irritum facientis, quod caute faciendum, ne reveletur persona. *Ita Molina disp. 267. Rebellus part. 2. lib. 1. q. 5. con. 1. universaliter, etiam quo ad contractus onerosos Basilius Pontius sect. 4. de matrim c. 6. Nro 4. Diana part. 3. tract. 5. resol. 118. citati apud Patricium sporer. Tract. 6. in Decal. c. 2. Sec. 4. assert. 7. p. 2. Nro Margi. 118. & Nro 123.*

5. Supra positus talis pænitens, dicens se coacte contraxisse Matrimonium, & tamen consummasse fatetur, non quidem intentione hac, ut maneat cum consorte, sed ut habita occasione & libero accessu, quasi sub prætextu Matrimonii carnali utatur copula. Peccavit ne, & an teneatur in Matrimonio permanere?

Respondetur, cum Fillucio Tract. 10mo de Sacramento Matrimonii par. 1 c. 4. Nro Marg. 113. Si consummatio Matrimonii ex metu (ut supra reverentiali) contracti, & copula intervenit affectu (ut in dubio supponitur) fornicario, certum est non convalidari matrimonium illud, quia non est signum affectus conjugalis: in tantum enim poterat ratificari, in quantum fuisset ipsius signum. Et ille sic accedens ad illam fæminam, vel fæmina ad Virum, toties peccavit mortaliter, quoties taliter sive vir, sive mulier accessit. *Notandum tamen:* Si hic accessus liber ad illam cohabitando simul fuit diuturnus, puta per medium annum, vel di-

utius, habita opportunitate recedendi per illud tempus, talis cohabitatio sufficiens signum est consensus spontanei de novo habiti in matrimonio & per eam cohabitationem atque frequentem accessum ratificari matrimonium dicto metu contractum constat. *Ex capite Ad id de Sponsalibus*: Pro tutiori resolutione, qualis debeat esse ejusmodi cohabitatio, videatur *Sanches disp* 18. *Nro* 5. *de Sacram Matrim: ubi fuse de hac re, & dubio agitur.*

6. Qualecunque Impedimentum dirimens inter contrahentes in Sacramentali Confessione advertat Parochus, si nullis rationibus, & suasionibus, nullis motiuis & remonstrationibus vincere potest contrahentes de hoc non ignorantes vel saltem unum ex ipsis ejusdem conscium, præsertim cum jam sunt parata omnia & hospites præsentes, propter servandũ sigillum Confessionis debet illos Parochus copulare; si vero aliquo tempore ante copulationem confiteantur & tale impedimentum appareat, debet suadere Confessarius, ut impetrent ab Episcopo dispensationem, quia tunc dum agitur de infamia sponsi alicujus & est urgentissima necessitas, (iuxta Patrem Sporer) potest dispensare Episcopus. *Ita Busemb lib.* 6. *tract.* 6. *de Matr. c.* 3 *Dub.* 1. *de impedim. Matr. Nro* 4.

7. Quod si etiam impedimentum ligaminis Confessarius cognoscat in Confessione Sacramen

mentali, & retractare nullo modo poteſt, ſic impeditum debet illum copulare, ſicut debet communicare publice petentem, etiamſi ex Confeſſione ſciat eſſe indignum, idque propter ſigillum Confeſſionis, de quo ſequenti Inſtructione. *Ita Henricus Heinlau. in Medulla caſu 4. Pater vero Sporer in Theol. ſacr. part. 4. c. 1. ſect. 2. de peccatis Conjugum aſſertio p. 53. Nro* 445. inducendum eſſe ait illum ſponſum, imo cogendum, ut omni poſſibili modo, vel prætextu ſeparetur, aut fuga occulta, quæ viro facilior, fæminæ difficillima, aut divortii (ſub alio Titulo ſi adſit) procuratione *videatur Sporer.* Si autem ſolus Confeſſarius advertat ex Confeſſione impedimentum dirimens, quando iam ad nuptias parata ſunt omnia, ſique pænitens laborat ignorantia invincibili, tunc Confeſſarius taceat, diſſimulet, & bona potius fide, quàm conſcientia conſternata agere ſinat. *Ita Henric. Heinlau in medulla Theol. practi.*

8. Si vero in Confeſſione pænitens laboret ignorantia vincibili de impedimento dirimente & maxime, ſi Confeſſarium interroget pænitens & conſilium ab eo petat, tunc ex communi doctrina veritas aperienda eſt, abſtinendi à Conſummatione donec Romana procuretur diſpenſatio. *Ita Sporer cum aliis loco ſupra Citto.*

9. Qualis certitudo requiratur de morte Conjugis? ut ſuperſtes poſſit cum alio matri-

monium inire. Resolvit Bonac. cum *aliis de Matr. q. 3. pun.* 10.*Nro* 12. Debere esse veram documentalem, & probatam, & quidem judicio prudentum, nec unius testis valere testimonium (nisi forte sit tantæ authoritatis, & opinionis, ut ei credatur facile.)

Hinc sequitur uxorem non posse cum alio contrahere, quando ipsius vir absuit per multos annos, nam certitudo moralis non habetur per absentiam multorum annorum, sicut nec habetur per solam famam, cum fama soleat oriri ex incerto autore & plerumque falaci, nisi forte cum fama tanta existant judicia, ut nullus dubitandi locus relinquatur. Quod Ordinarii erit judicare.

Instructio Decima Nona.

Quomodo se gerere debeat Confessarius in servando sigillo Confessionis Sacramentalis & aliis secretis.

I.

SEcretum, seu Sigillum Confessionis est perpetuum, hoc est: semper ligat, ita ut nunquam reserari possit; Alia vero secreta, quæ regulariter celanda sunt, sæpe in casu possunt, & debent revelari, utpote quando occultatio talis Secreti graviter seu notabiliter noceret animæ, corpori, honori vel rei familiari proximi. *Ita Moscicensis citans Navarrum c.* 8. *n.* 2. *Prax. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 9. in suo libello.

2. Itaq; in Sigillo Confessionis neque Papa dispensare potest, ut Confessarius possit

con

confessionē revelare. Neque ipse Confessarius potest quocunque modo, directe vel indirecte, verbo, nutu aut signo audita in Confessione revelare, etiam jubente quocunque superiore sub pæna Excommunicationis, quæ tamen invalida esset, ut quæ contineret intolerabilem errorem. Neque tunc posset, quando celare Confessionem cederet in gravissimum præjudicium corporale aut etiam spirituale communitatis: ut si quis confessus sit: Se propositum habere seminandi hæreses aut Civitatem hostibus tradendi. *Sic Moscicensis citans alios in suo libello.*

3. Et si pro salvanda Republ. licitum non est revelare Confessionem, multo magis pro avertendo malo, vel gravissimo detrimento alicujus personæ sive tertiæ, sive pænitentis, sive ipsiusmet Confessarii, ut si quis ducatur ad mortem & Confessarius scit (ex Confessione alterius veri authoris) eius innocentiam, non propterea potest id manifestare, sicut neque tunc; quando propter mendacia aut falsas relationes in Confessione cognitas aliquis gerit inimicitias cum aliquo, neque vult reconciliari. *Idem ibidem cum aliis.*

4. Hoc autem adeo verum est; ut etiamsi confitens sit impænitens, hoc est nolit à peccato desistere & invalide confiteatur, neque subsecuta sit absolutio, nihilominus sigillum stringit.

5. Neque potest Confessarius excusari aliquo metu, aut vi, aut si Tyrannus, aut quis alius perditus gladium ad os Sacerdotis admoveat ipsum iugulaturus, aut ipsum igne concrematurus, vel exquisitas mortes minaretur, nisi revelet audita in Confessione, mori potius debet, Martyriique coronam expectare, quam revelare. *Idem ibidem cum aliis.*

6. Insuper, neque propter Confessionis integritatem licitum est frangere sigillum Confessionis, ut si ipse Confessarius confiteretur coram alio Sacerdote, errorem tamen suum confitendo explicare non valeret absque eo, quod Confessor suus veniat in cognitionem illius pœnitentis, deberet silere illud peccatum, donec inveniat talem pro se ipso Confessarium, qui non posset devenire in notitiam talis pœnitentis. *Idem ibidem cum aliis.*

7. Neque solum peccata mortalia, sed etiam venialia, item peccatorum circumstantiæ & ea, quæ dicuntur ad declarandum peccatum, nec tantum peccata secreta, sed nec publica quatenus in Confessione sunt cognita. (Item ipse peccator & peccati complex imprudenter detectus) revelanda sunt! *Idē ibidē.* Neque illa, per quæ posset peccator, vel peccatū deprehendi, quamvis ista per se peccata non essent, nec ita licet de auditis in Confessione loqui, ut facile devenire possit in cognitionē vel suspicionē peccatoris. *Idem ibidem.*

8. Hinc non est in rigore fractio sigilli Confessionis revelatio peccati in abstracto, ut nullatenus ad notitiam personæ deveniri possit. Et quamvis ita sit: peccatum tamen est absque necessitate consilii petendi, vel alia rationabili causa id facere, ne simplices existiment esse Confessionis revelationē. *Idē ibidē.*

9 Ea, quæ præter peccata sciuntur in Confessione, neque pertinent aliquomodo ad peccata (ut sunt historiæ) & ex eorum revelatione nullum generatur pænitenti periculum confusionis, suspicionis, aut alterius nocumenti, directe, vel indirecte, per accidens, nec cadunt sub sigillum Confessionis, eo ipso, quod nullo modo inserviunt accusationi peccatorum, tamen ea manifestare ex se illicitum est. *Idem ibidem.*

10. Neque debet Sacerdos unquam de re ulla audita in Confessione vel mutire: auditores enim pertimescunt, eo quod ibi audita non adeo sancte, & stricte reconduntur. *Idem ibidem.*

11. Itaque in nullo casu, (si vera fuit Confessio, hoc est: facta intentione faciendi accusationem coram DEO, & non animo pervertendi Confessarium, vel securius pertrahendi ad conspirationem, hæresim, aut aliud malum) revelare licet. *Idem ibidem.*

12. Præterea, ex facultate pænitentis licet, quamvis enim aliqui negent. Tamen *D. Thom.*

4. d. 21. q. 3. a 2. *cum multis aliis Theologis* (quæ ſententia vera eſt & communis) Quod tamen faciendum temere non licet, ſed prudenter & cum rationabili cauſa, atque ad ejus duntaxat utilitatem. *Idem ibidem*.

13. Pænitentia publica pro peccato occulto audito in Confeſſione, si datur & impletur, ut intelligi poſſit ab aliis eam fieri ex præſcripto Confeſſarii ob culpam occulam, aut publicam, eſt revelatio! Unde non expedit pænitentiam publicam injungere, non tantum pro occulto, ſed neque pro publico crimine, neque poteſt ad eam cogi pænitens, & ſatis eſt, Si pro publico ſatisfaciat peccator occulte. *Idem ibidem*.

14. Secretum naturale, ſi fiat cum gravi ſeu notabili præjudicio, eſt peccatum mortale, ſi reveletur. *Idem ibidem* Nota: Diligens Confeſſarius de his legat fuſiora in Marchantio Tract. 5. Candelabri Myſtici, de Complice, & de ſigillo, hæc tamẽ breviter notata obſervet.

Inſtructio Vigeſima.

Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius circa reconciliationem Hæreticorum?

I.

CUm magna benevolentia, & charitate excipiendus eſt Hæreticus petens reconciliari.

2. Bona voluntas eſt collaudanda, & animanda.

3. Operam ſuam illi offerre ad negotium

hoc salutare consummandum expedit.

4. Inquirendus est de motivo primo ad id.

5. Hortandus est: ut pro motivo gratias agat DEO; & ulteriorem exposcat gratiam ad obtinendam salutem animæ suæ, pro quo ipse Sacerdos ad DEUM instet suis precaminibus; & ab aliis id fieri exposcat.

6. Notandum tamen: Si hæreticus pauperem se dicat, mediisq; sustentandi destitutum, ad hoc aparte Sacerdos indicet, curam istam in se suscipere non valere, sed promittat rogare DEUM, ut piorum corda moveat ad opem illi porrigendam.

7. Tandem plena ei Instructio in articulis Fidei detur, & quidem: ut sciat *Pater noster &c. Ave Maria &c. Credo &c.* Sacramenta Ecclesiæ. Mysterium SS. Trinitatis. Præcepta DEI & Ecclesiæ, modum & obligationem fidelis peccatorum suorum Confessionis & si habeat aliqua dubia, resolvantur illi, instruatur variis pietatis officiis, doceatur recitare Rosarium B. Virginis sive Coronam &c.

8. Notandum etiam: Non semper talibus credendum esse, & statim; sed per varias quæstiones diversis temporibus sunt probandi.

9. Confessarius non magnam solicitudinem suscipiat pro ipsorum sustentatione, ostendat tamen se illis familiarem.

10. Cum autem intellexerit ex omnibus circumstantiis vere constantem esse, & bona

in

intentione velle se profiteri & suscipere fidem, non propter aliquos respectus, sed solius animæ salvandæ desiderio, assignetur illi tempus reconciliationis; Et cum sit jam bene omnibus instructus; adducatur coram aliquot Testibus ad Altare,& si sit hæreticus toleratus, ut in Partibus Germaniæ, & ubi permixtim tales hæretici cumCatholicis manent; non fiant aliæ ceremoniæ uti verberatio &c. sed jubeat facere professionem fidei ut sequitur.

Professio Fidei à PIO IV. decreta.

EGo N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:Credo in UnumDEUM patrem Omnipotentem, Factorem Cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum IESUM Christum Filium DEI Unigenitum,& ex patre natum ante omnia sæcula.DEUM de DEO,lumen de lumine,DEUM verum, de DEO vero. Genitum non factum consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem, descendit de cælis Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex MARIA Virgine; Et Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cælum, sedet

ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria, judicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem; Qui ex Patre Filioque procedit; Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, Qui locutus eſt per Prophetas Et unam SanctamCatholicam & ApoſtolicamEccleſiám. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum & expecto reſurrectionem mortuorum & vitam venturi ſæculi Amen.

Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuidem Eccleſiæ obſervationes & conſtitutiones, firmiſſime admitto & amplector.

Item ſacram Scripturam juxta eum ſenſum quem tenuit & tenet ſancta Mater Eccleſia; cuius eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto; Nec eam unquam niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam & interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe vere, & proprie Sacramenta novæ legis à IESU Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria; ſcilicet Baptiſmum Confirmationem, Eucharistiam, Pænitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem & Matrimonium, illaque gratiam conferre; Et ex his Baptiſmum, Confirmationem & ordinem ſine Sacrilegio reiterari non poſſe. Re

Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio & admitto.

Omnia & ſingula, quæ de peccato originali & de juſtificatione in ſacro ſancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio.

Profiteor pariter in miſſa offerri DEO verum proprium & propitiatorium ſacrificium pro vivis & defunctis: atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter Corpus & ſanguinem, una cum anima & Divinitate Domini noſtri IESU Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem. Quam converſionem Catholica Eccleſia Tranſſubſtantiationem nominat.

Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum verumque Sacramentum ſumi.

Conſtanter teneo purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari: Similiter Sanctos una cum Chriſto regnantes, venerandos, atque invocandos eſſe, eoſque orationes DEO pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas.

Firmiſſime aſſero Imagines Chriſti ac DEIparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas eſſe, atque eis de-

debitum honorem & venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo.

SanctamCatholicam & ApoſtolicamRomanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem & Magiſtram agnoſco, Romanoque Potifici Beati Petri Apoſtolorum Principis Succeſſori, ac IESU Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo & juro.

Cætera item omnia à ſacris Canonibus & Oecumenicis Conciliis, ac præcipue a ſacro ſancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, reiectas & anathematizatas ego pariter damno, rejicio & anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, ac veraciter teneo, eandem integram & inviolatam, uſque ad extremum vitæ Spiritum conſtantiſſime (DEO adiuvante) retinere & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri & prædicari quantum in me erit curaturum: Ego idem N. ſpondeo, voveo ac juro. Sic me DEUS adiu-

iuvet & hæc Sancta DEI Evangelia.

Professio Fidei Polonica videatur, supra fol. 80.

Professio Fidei Germanice à Pio IV. decreta.

Ich N. bekenne und glaube von Grund meines Hertzens sammentlich und sonderlich alles so in dem Heiligen Glauben begriffen ist/ den die Heilige Römische Kirche auff diese Weise gebraucht

Ich glaube in einen Gott Vatter allmächtigen Schöpffer Himmels und der Erden/ aller sichtbaren und unsichtbaren Dingen/und in einen unseren Herrn Jesum Christum den Eingebohrnen Sohn Gottes aus dem Vatter von Ewigkeit gebohren Gott von Gott/ Licht von Licht ein wahrer Gott von wahren Gott;gebohren/ undnicht erschaffen/ gleicher Substántz und Wesens mit dem Vatter/durch Ihn sind alle Dinge erschaffen/ Derumb uns Menschen und unsers Heyls willen ist gestiegen von den Himmeln/ und hat durch den Heiligen Geist aus Mariæ der Jungfrauen Fleisch an sich genommen und ist Mensch worden. Er ist auch fur uns unter Pontio Pilato gekreutziget worden/hat gelidten und ist begraben/ und am dritten Tage/ laut der heiligen Schrifft/ wiederumb aufferstanden Er ist gegen Himmel auffgefahren/ sitzet zur Rechten Gottes des Vatters/ und wird widerumb kommen mit Glory und Herrligkeit zu richten die Lebendigen und die Todten/ dessen Reichs kein Ende seyn wird. Ich glaube auch an den Heiligen und Lebendigmachenden Geist/ der vom Vater und dem Sohn

ausgehet/ der sambt dem Vater und dem Sohn zugleich wird angebethet und geehret/ der geredt hat durch die Propheten. Ich glaube auch eine einige/ Heilige/ Catholische und Apostolische Kirchen. Ich bekenne eine Tauff zur Vergebung der Sunden und erwarte die Aufferstehung der Todten/ und ein Leben der künfftigen Zeit Amen.

Ich glaube auch vestiglich/ und nehme an der heiligen Apostel und Catholischen Kirchen Lehr ordnung und Satzungen. Die heilige Schrifft verstehe und lasse ich zu/ in dem Verstand/ den die heilige Kirch unsere Mutter bißhero gehalten und noch halt/ deren dazu gehöret von dem rechten Verstand und Auslegung der heiligen schrifft zu urtheilen/ und zu richten. Ich will auch gemeldte schrifft allezeit nach der ein helligen Auslegung der heiligen Vätter verstehen und auslegen.

Ich glaube und bekenne auch/ daß wahrhafftig und eigentlich siben sacrament des neüen Gesatzes oder Testaments von Christo Jesu unserm Herrn eingesetzt und dem menschlichen Geschlecht sehr nutzlich (wiewohl nicht alle einem ieden menschen zur seeligkeit nothwendig seyn) als die Tauffe/ die Firmung/ das sacrament des Altars/ die Buß/ die letzte oelung/ die Priester weyh/ und die Ehe/ und daß die sacramenten dem menschen Gnad mittheilen/ aus welchen die Tauff/ die Firmung und die Priester weyhe ohne grosse Gottes lästerung nicht mögen zum andern mahl wiederholet werden.

Ich

Ich nehme auch auff und an alle bewährte und gewöhnliche Bräuche und Ceremonien der Catholischen Kirchen/ die sie in hochetm ldtet sacramenten offentlicher Reichung und *Administration* gebraucht.

Des gleichen glaub ich alles sammentlich und sonderlich/ was von der Erb-sünd und Rechtfertigung des sünders in allgemeinen Concilio zu Trient zu glauben erkläret und beschlossen worden ist.

Item glaube ich/ daß ich in der heiligen meß Gott dem Herren ein wahres/ eigentliches und Versöhn opffer für die Lebendigen und die Todten auffgeopffert werde und daß im Hochwürdigen sacrament des Altars seye wahrhafftig/ leiblich/ und wesentlich der Leib und das Blut mit seel und Gottheit unsers Herrn Jesu Christi/ und daß die gantze *Substantz* des Brods in den Leib/ und die gantze *Substantz* des weins in das Blut Christi verwandelt werde/ welche Verwandelung die Catholische Kirch nennet *Transsubstantiationem*, das ist Verwandlung einer *Substantz* in die andere

Ich glaube auch daß unter einer Gestalt allein der gantze und unzertheilte Christus/und das wahre sacrament seines Fron-Leichnams fruchtbarlich genossen und seeliglich empfangen werde

Ich glaube festiglich daß ein Feg-Feuer seye/ und daß den Christ glaubigen seelen / so allda abzubüssen verhafftet/ durch fürbitte/ Allmosen und andere gottseelige wercke der Glaubigen geholffen werde. Item

Item daß man die lieben Heiligen welche mit Christo regiren als Freunde Gottes und unsere seelige mitglieder ehren und anruffen solle/ und daß sie auch Gott für uns bitten/ darzu auch daß ihre heilige Leiber und Heiligthumb alß gewesene werck-Zeug des Heiligen Geistes/ so wieder am Jüngsten Tag zu ewiger Glory aufferstehen werden/ in Ehren zu haben seynd.

Ich glaube auch beständiglich/ daß unseres Herrn Jesu Christi und seiner mutter Maria/ auch anderer lieben Heiligen Bilder und Gemähl/ welche uns der wohlthaten Gottes und aller guten Exempel erinnern zu haben und zubehalten seynd/ und daß man Ihnen gebührende Ehr und Reverentz erzeigen soll.

Item Ich glaube für gewiß/ daß Christus unser lieber Herr in der Kirchen den Gewalt des Ablaß gelassen habe/ und daß dessen Gebrauch dem Christlichen Volck hoch-nützlich und heylsam sey.

Ich erkenne auch die Heilige/ Catholische/ apostolische- Römische Kirchen für eine mutter und meisterin aller andern Kirchen.

Verheisse auch und gelobe warhafftigen Gehorsamb dem Römischen Bischoffen/ als der da ist des heiligen Petri der apostel Fürsten Nachkommer/ und unsers Herrn Jesu Christi auff Erden *Vicarius* und stadt-Halter.

Deßgleichen glaub ich auch und nehme ungezweiffelt an/ alles was von den heiligen Canonen und allgemeinen Concilien, und insonderheit von

mde

dem jüngst gehaltenen heiligen *Concilio* zu Trie-
dent zu glauben fürgehalten/gebothen/ beschlossen
und erkläret ist. Hergegen aber verwürffe/ verflu-
che und verdamme ich alle Ketzereyen/Jrthümer
und gaubens. spaltungen/ so von gemeldter Kir-
chen bißhero verworffen u verflucht und verdam
met seyn. Diesen wahren Catholischen Glauben/
außerhalb dessen niemand seelig werden kan/ den
ich allhier zugegen freywillig bekenne/ und war-
hafftig glaube/ denselben (wills Gott) will ich
gantz unverletzt biß in meine Grube vestiglich und
beständiglich halten und bekennen.

Jch will auch so viel mir möglich allen Fleiß
anwenden/ damit dieser Glaub von meinen Un-
terthanen/ oder von denen welche meiner sorg
befohlen seyn gehalten/ gelehret und geprediget
werde.

Daß verheiße/ gelobe nnd schwere ich N. also
helffe mir die allerheiligste und unbegreifflichste
Dreyfaltigkeit und alle Gottes Heiligen und
außerwählten/ Amen.

Finita Professione Fidei, Professus
facit Confessionem Sacramentalem & Sa-
cerdos illum absolvit forma sequenti.

Forma absolutionis ab haeresi.

MIsereatur Tui omnipotens DEUS, & di-
missis peccatis tuis perducat te ad vitam
æternam Amen.

Indulgentiam, absolutionem & remissionem
peccatorum tuorum, tribuat tibi omnipotens

&

& Misericors Dominus, Amen.

Dominus noster IESUS Christus te absolvat & ego authoritate ipsius, & SS. Petri & Pauli Apostolorum, nec non Sanctissimi Domini nostri Papæ N. mihi commissa, & hactenus nondum revocata, absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, quo teneris propter hæresim in qua vixisti, & incorporo te gremio S. Matris Ecclesiæ, communioni Fidelium & participationi Sacramentorum ejusdem Sanctæ Romanæ Catholicæ, & vere Apostolicæ Ecclesiæ; Deinde, eadem authoritate absolvo te ab omnibus peccatis tuis; In Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

Forma Absolutionis Sacramentalis Apostatæ à Fide.

Misereatur Tui omnipotens DEUS & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam, Amen.

Indulgentiam absolutionem & remissionem peccatorum tuorum, tribuat tibi Omnipotens & Misericors Dominus Amen.

Dominus noster IESUS Christus, te absolvat & ego authoritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, nec non Sanctissimi Domini nostri Papæ N. mihi commissa; ego te absolvo ab omni vinculo Excommunicationis, quàm incurristi propter Apostasiam à Fide, & errores, quos fortassis, etiam aliis tradidisti, & restituo te gremio Sanctæ Ma-

tris Ecclesiæ, communioni fidelium & participationi Sacramentorum ejusdem Sanctæ Romanæ Catholicæ, & vere Apostolicæ Ecclesiæ; Deinde, eadem authoritate: Ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis, In Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Forma absolutionis a Suspensione vel Interdicto extra vel intra Sacramentum.

SI Sacerdoti sit Commissa facultas absolvendi aliquem à suspensione, vel Interdicto, quamvis nulla verba sint præcipue determinata, uti poterit hac forma. Pænitens dicat confiteor &c. Et Sacerdos: Misereatur tui omnipotens DEUS, & dimissis peccatis tuis; perducat te ad vitam æternam Amen.

Indulgentiam absolutionem, & remissionē peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus Amen.

Authoritate mihi ab N. tradita; Ego te absolvo à vinculo suspensionis (vel) intetdicti, quàm (vel) quod propter tale factum (vel) causam incurristi (seu) incurrisse declaratus es. In Nomine Patris ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Si vero Confessario, sive in foro Conscientiæ sive extra, data sit potestas dispensandi super irregularitate, tunc; postquam absolverit à peccatis, addat consequenter.

Et eadem authoritate dispenso tecum super irregularitatibus (*si sint plures,*) in quàm

(vel)

(vel) in quas, ob talem(vel)tales causas(*eas exprimendo*)incurristi, & habilem reddo, & restituo te Executioni ordinum & officiorum tuorum. In Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Si nullum ordinem habeat, dicatur: Habilem reddo te ad omnes ordines suscipiendos.

Quodsi necesse sit titulum beneficii restituere & fructus male perceptos condonare, subiungat.

Et restituo tibi titulum (seu)titulos beneficii & condono tibi fructus male perceptos. In Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Advertat autem Sacerdos ne ullo modo huiusmodi facultatis suæ terminos excedat.

Præcautio circa reconciliationē Hæreticorū.

Facultate absolvendi a casibus reservatis quo ad ipsa peccata, sine dubio Privilegiati Confessarii non possunt uti extra Sacramentum Confessionis sed tantum eorum Confessionibus diligenter auditis, ut apud *Szporer de Abso. à res. fol. 428. parte 3. c. 6.* loquitur Paulus III. Pontifex ibi citatus? at vero Facultate absolvendi à censuris possunt uti etiam extra Sacramentum pænitentiæ & absque Confessione Sacramentali. *Rationes ibi positas vide, qui subdit!* dicens: Unde Confessarii etiam delegati frequentissime separant absolutionem à censura ab absolutione à peccato, etiam in foro conscientiæ; Prælatus enim à censura ab-

so

ſolutum, pro abſolutione à peccatis remittit ad alium Confeſſarium, neque quo ad hoc apparet aliqua limitatio in dicto Privilegio, ergo abſque Confeſſione Sacramentali abſolvere à cenſura poſſunt, dummodo pænitens fateatur ſuam culpam & ſatisfacere paratus ſit. Quamvis Layman notet *ibidem*. Non eſſe facile ita procedendum, ut privilegiatus à cenſura vel alia pænâ Eccleſiaſtica ex peccato reſultante abſolvat, niſi vel in audita eius Confeſſione, vel ſaltem in ordine ad Confeſſionem mox inſtituendam, quia id tutiùs, conſultius & uſitatiùs eſt. *Ita apud Szporer ſupra citatus ibidem.*

Attamen Buzembaum in nova editione de cenſuris dubio 6. lib. 7. c. 1. fol. 749. ad finem adſtipulatur ſuperiori ſententiæ dicens: *Probabiliùs eſt* eum, qui habet poteſtatem abſolvendi in foro Conſcientiæ à cenſura, poſſe id facere etiam extra Confeſſionem, & proſe citat non nullos ibidem.

Et Baſſæus de abſolutione fol. 15 n. 22. cum ibidem citatis aſſentitur, dicens: Probabilè eſt abſolutionem cenſurarum impendi poſſe extra Confeſſionem, quamvis in Conceſſione facultatis dicatur, *auditis Confeſſionibus*.

Nam hæc clauſula refertur ad abſolutionem à peccatis! Unde habens Privilegium & facultatem abſolvendi à cenſuris in foro conſcientiæ, poteſt illarum abſolutionem impen-

dere extra Confeſſionem, etiamſi non abſolvat à peccatis, aliud eſt enim forum Conſcientiæ, aliud forum Sacramenti pænitentiæ, imò qui habet facultatem abſolvendi in foro pænitentiæ, poteſt abſolvere extra Sacramentalem Confeſſionem, quoties abſolutio cadit ſupra materiam, ad quam per ſe non requiritur abſolutio ſacramentalis, niſi aliter colligatur ex verbis conceſſionis. *Sic ille cum citatis.* Ex hoc doctiſſimus Vir Moſcicenſis Ordinis Prædic. in ſuo libello, attendere iubet ad eſſentialia facultatis, dicens: habens facultatem abſolvendi ab hæreſi in foro pænitentiæ, non poteſt abſolvere à ſola ex communicatione & cauſa Confeſſionis integræ faciendæ pænitentem remittere ad Confeſſarium inferiorem. Idque si habeat facultatem limitatam & Sacramento pænitentiæ alligatam; tunc enim abſolutionem duntaxat Sacramentalem dare poteſt, ac proinde in Sacramento pænitentiæ, & non judicialem extra Sacramentum, niſi hoc in facultate exprimatur. Sic ſupra citatus cum aliis à ſe citatis. Dicit enim apud eundem Citatum Toletus: Lib. 1. c. 14. Nro 7. *Non valet abſolutio ab excommunicatione, ſi non fiat iuxta formam mandati* Et Nauarrus ibidem citatus? *Nihil valet abſolutio facta à delegato, non ſervatâ abſolvendi in delegatione expreſſâ formâ, & plures qui ibi citantur.*

Advertendum eſt Confeſſario habenti fa-

cul-

cultatem absolvendi ab hæresi, quales in se includat absolvendos. Ut recte absolvat, secundum formam facultatis! Sunt enim hæretici sic nati, sunt lapsi, & relapsi, Apostatæ; talis enim tantummodo est absolvendus, qualis in Facultate exprimitur.

Catholicus itaque Romanus natus, & educatus in fide vera, quacunque deinde occasione hæreticus factus & Apostata, subiacet pænis hæreticorum, scilicet: Excommunicationis, Irregularitatis, & privationis dignitatis, Beneficiorum Ecclesiæ, & sepulturæ Ecclesiasticæ. In pænis vero Civilibus pro talibus est confiscatio omnium bonorum, & liberatio subditorum à Iuramento fidelitatis illi, infamia, & post declarationem Iudicis pæna capitis; de quibus fuse *Filucius tract. 22. de præcep. Fidei spei & Char. c. 7.* per totum. Nihilominus idem *Filucius* locô citatô uro Margin. 242. docet talem prima vice Apostatantem, posse & debere recipi & absolutionem impertiri pro foro Conscientiæ ab habente licentiam absolvendi ab hæresi, iniuncta ei pro mensura culpæ pænitentiæ mensura, uti prudenti Confessario pro salute pænitentis melius in Domino videbitur. Citat pro se hic author ratione receptionis talis Apostatæ Concil. Arelaten cap. 32. & Asorium q. 9. Si verò hac reconciliatione opus esset interprete, non nisi in casu necessitatis ab Ecclesia permisso

misso ad Sacramentum pænitentiæ, posset etiam hic adhiberi, si pænitens ipse sponte velit; Et quantùm ad peccata nota ex tali interpretatione, obligatur ille interpres tali sigillô, quali Confessarius ipse; non revelandi peccata audita, uti communis est sententia. Si tamen interpres esset Sacerdos approbatus, tunc facta cum eo Professione fidei, post absolutionemque eius ab hæresi per Sacerdotē habentem facultatem ad id, potest ab eo excipere Confessionem peccatorum Sacramentalē & absolvere, de quo jā supra fusius dictū.

Si accedat ad reconciliandum, 2dò & 3tiò &c. in hæresim lapsus, sive post primam suam ex hæresi Professionem, sive ex Catholico, vere non potest absolvi ab habente licentiam simpliciter ab hæresi, sed debet procurari alia licentia pro talibus, præter articulum mortis, cum onere tamen sistendi se coram habente potestatem.

Circa Confessionem Sacramentalem hæreticorum advertenda ex Moscicense, qui post integram suorum peccatorum Confessionem à Confessario inquirantur.

1.

QUòd fuerint Christo & DEIparæ Virgini reliquisque Sanctis in Cælo regnantibus injurii.

2. Quòd in Pontificem maximum Christi in terris Vicarium sint calumniati.

3. Quòd Episcopos, Præsbyteros & quoscunque alios ex clero, contumeliis, contemptibus &c. affecerint.

4. Quòd vitia pro virtutibus docuerint, virginitatem damnaverint, fornicationem, adulterium, incestum (licet quidem non omnes sed dantur tales) concesserint

5. Quòd Sacramenta, sacrificia, sacraque omnia Ecclesiæ irriserint, Imagines, sacra vasa rapuerint, confregerint, reliquias sacras contempserint, In cineres redegerint, vel illis ad artes magicas usi fuerint.

6. Quòd fidem & Religionem Catholicam unam veram cognoscentes, in suis erroribus pertinaciter duraverint.

7. Prudens Confessarius pro qualitate status, Conditionis & Personæ Confitentis, prout necessariùm viderit de his & similibus inquiret pænitentem & contritum absolvet forma supra posita fol. 153.

Sic itaque reconciliatus hæreticus moneatur à Confessario: ut iam secundùm ritum matris suæ, sanctæ Ecclesiæ Catholicæ vivat, gratias pro sui conversione DEO semper agat, Præcepta DEI, & Ecclesiæ, quæ omnino sciat, observet, communiones sacratissimas frequentet, ab omnique peccato præsertim mortali se contineat, & occasiones ejus fugiat, ac devitet, confessiones fideles integras sæpius (recompensandô annos sine hoc cæ-

lesti cibo corporis Christi peractos) faciendò communicet, B. V. MARIAM, & omnes Sanctos, præcipuè aliquos sibi præelectos Patronos singulari cultu & devotione prosequatur & se ipsis sæpe recommendet. Pro animabus Fidelium defunctorum oret in tentationibus & dubiis circa fidem occurrentibus sit fortis, & protestetur: Nihil se velle aliter credere, vel intelligere, quàm quod credit, & intelligit vera Ecclesia Christi Romana. Et ita faciens, vitam æternam consequetur, quam in quacunque hæresi miserabiliter perdidisset.

Instructio Vigesima prima.

Quomodò se regulariter gerere debeat Sacerdos in celebratione Missæ ex Moscicense decerpta part. 3 de Pænit.

OMissis hic illis, quæ ad materiam, & formam consecrationis spectant, tum & de defectibus qui circa hæc contingere possunt, quoniam de istis cuilibet Sacerdoti in quolibet missali manifestè patet, nisi legere non negligat, nonnullæ hìc ponuntur præmonitiones

1. Inveniuntur aliqui, vel nimiam conantes exercere devotionem, vel singulárem suam volentes demonstrare authoritatem vel alio quôvis intenti motivô, qui in celebratione missæ nimis difformiter incompositè, leviter, & præcipitanter se gerunt, in quo se, (ex præmonitione hoc advertentium & corrigentium authorum) advertant.

2. Moscicensis ords Prædicatorum vere Vir asceticus & magnæ perfectionis ac scientiæ locô citato advertit: quòd aliqui consecrantes nimis prope os hostiam & calicem tenent, quasi illum deglutire volentes, cum adstantium offendiculo, seu scandalo, ut auribus propriis audivi, dicit prænominatus author & nunc passim talia & similia in nonnullis cernuntur. Hoc itaque non est necessarium, quia etiamsi per cubitum distaret os à calice & hostia, adhuc præsentia materiæ non impediretur, neque vis consecrationis minueretur.

3. Alii (ut Navarr. c.16. de tentatione asserit) verba consecrationis tanto conatu & aspiratione ab imo pectore tracta proferunt, ut scandalo sint auditoribus; alii nimis morose, alii volunt: ut halitus, aut verba tangant materiam consecrandam, & nimis ad materiam inclinantur, & halitu illam contingere curant, quod non est necessarium, sed neque decens. *Azorius monet.*

4. Alii discrutiantur: Credentes se non recte, proferre verba consecrationis, & illa sæpius repetunt; cum satis sit ea proferre bene moraliter, ut si cum hominibus loquerer & sermo haberetur pro intelligibili & claro. Ideo repetitio in consecratione non est facienda, quia indecens est! Nihilominus: Si quis scrupulosus hoc faceret, forma consecratio-

nis non uitiaretur, & proinde valida eſſet conſecratio.

5 Reprehendit etiam Navarrus (ubi ſupra) & peccare dicit eos, qui miſſam tam ſubmiſſe recitant, ut circumſtantes non poſſint audire, reprehenſibiles quoque ſunt, qui adeò clamoroſe recitant, ut aliis celebrantibus impedimento ſint: Unde bene in miſſalis Rubricis docetur; ut nec nimis altè dicatur, nec nimis celeriter, & tardè, atque ſubmiſſe, ſed ut à prope circumſtantibus poſſint audiri.

7. Et alii quoque ſummo vitiô laborant: qui in memento & conſecratione varios motus corporis apparentes demonſtrant, & exhibent movendo hinc inde caput, brachia, in hanc & illam partem ſpuunt, pedes movent, ac totum corpus mirabiliter inclinant, & flectunt, ſeſe obvertunt & girant; non ſinè ſtupore, & ſcandalo ad ſtantium; ubi debet eſſe modeſta compoſitio totius corporis ſinè geſtibus, quos inordinatus, & impertinens aliquis zelus movet & excitat.

8. Et illi maximè reprehendendi, qui notabili nimis tempore uſque ad tædium, & nauſeam audientium ſupra conſecrandam materiam meditantur: Et illi non minùs: qui nondum prolata formâ tota conſecrationis jam flectunt & adorant, & illi; qui in elevatione diutius hoſtiam vel calicem tenent elevatum, omnino corrigendi ſunt tales & ſimiles defectus.

9.

9. Nec non illi reprehendendi ſunt qui ante ſumptionem, dicendo: Domine non ſum dignus; ita ſe ab altari ad latus facie vertunt; ut & illorum faciem ſpectantes intueantur, & illi eorundem ſpectantium vultus proſpiciant, quod eſt ſummæ levitatis, & incompoſitionis in tam graviſſimo negotio vitium; Graviter hæc compoſitè & modeſtè, nec frivole tractanda ſunt, ad quæ Principatus Cælorum contremiſcunt. Utrum in aliquo caſu licet Sacerdoti interrumpere miſſam vide Inſtruc. 1. ſupra n. 1.

Instructio Vigeſima ſecunda.

Quomodo ſe gerere debeat Sacerdos circa diſpoſitionem peſte infectorum, ſive ex juſtitia, ut Parochus, ſive ex charitate, ut cæteri pro tunc animarum curam gerentes ex R. P. Lochner. SS.

I.

NOverit Parochus obligatum ſe eſſe ex juſtitia manere apud ſuos Parochianos hac graſſante lue; niſi alium ſibi ſubſtituat, qui munus ejus curationis animarum fideliter ſuſcipiat & adminiſtret; Imò teneri loca infecta adire ad Sacramenta adminiſtranda in iis caſibus, in quibus periculum animæ incurrunt Parochiani curæ illius commiſſi, quales caſus ferè ſunt ſequentes.

1. Si infans natus eſſet, qui neminem haberet, à quo baptizari poſſet; ſi tamen alius Lajcus adeſſet, à quo baptizetur infans, non deberet ſe Sacerdos, cum damno totius commu-

munitatis in apertum periculum coniicere, ſed plurium auxilio ſe ſervare.

2. Si peſte infectus ita rudis ſit: ut merito dubitari poſſit, num contritionem perfectam de peccatis eliciturus ſit, tenetur Parochus ad Confeſſionem ægri audiendam deſcendere, niſi probabile ſit nulli peccato mortali obnoxium eſſe, ſive quia paucos ante dies confeſſus eſt, ſive quia alias timoratæ Conſcientiæ fuit; Poteſt tamen (& tutius faciet, ſi vel plures eſſent in eodem cubiculo, & commode unus sine altero audiri non poſſet, vel certe periculum contagionis immineret) ægrum abſolvere, si unicum peccatum, vel mortale vel veniale expreſſiſſet.

3. Si æger facultate loquendi deſtitutus (& de quo dubium poſſet eſſe, num in ſtatu gratiæ sit) confiteri non poſſet, ſed communicare tamen, tunc enim Sacerdos tenetur ei SS. Euchariſtiam porrigere, tanquàm probabile medium gratiæ in tali caſu obtinendæ, in qua adminiſtratione non poteſt Euchariſtiam in menſa ponere, ut ipſe æger illam ſumat vel in orbe, aut patena illam offerre, ſed ordinario modo eam porrigere debet: de quo plura infra videbis hac inſtructione.

4. Si æger ratione deſtitutus, neque confeſſus, neque SS. Euchariſtia refectus probabiliter tamen in gratiæ ſtatu eſſe creditur, tunc enim juxta *Tannerum, Filucium, Granad, Dianam*

anam

quam Præpositum, tenetur etiam cum vitæ periculo Sacramentum hoc illi miniſtrare (licet *Hurtardus apud Dianam* contrarium ſentiat) nisi ex morte Sacerdotis certum & grave periculum toti communitati immineret, tunc enim privatum huius ægri commodũ, communi bono communitatis poſtponendum eſſet.

5. Noverit ſuas partes etiã eſſe Sacerdos; per concionem populum de ſequentibus admonere, ubi adverterit ingrui peſtilentiam in populo. 1mo: ut quilibet ſibi perſuadeat ſe eſſe in manifeſto periculo mortis atque adeo per Sacramenta pie ſuſcepta mature sibi proſpiciat, 2do: ut, cum peſtis communiter à DEO propter peccata immittatur, quiſque tum pro ſe, tum pro tota communitate DEUM placare ſtudeat, & convenientibus mediis juſtiſſimam hanc DEI iram avertere conetur.

6. Moneat quoque Sacerdos populum; ut qui peſte correptos ſe eſſe cognoſcunt, intra Domos ſuas ſeſe contineant, ſed & ii, qui ſani ſunt, non temere cum infectis agant, & in periculum ſe conjiciant.

7. Ut omnes, qui in templo confitentur, os ſuum non verſus Sacerdotem, ſed verſus tabulam, ſive parietem convertant, neque tunc alii pænitentes propius accedant, ut liberius Sacerdos & pænitens cavere poſſint mutuum anhelitum & reſpirationem, neque ab adſtantibus audiantur.

8.

8. Item moneantur, ut ſi vocaverint Sacerdotem ad ægrum, prius aperiant feneſtras (niſi frigoris aſperitas, aut nebuloſus àër id impediat) deinde, igne ex odoriferis lignis aut ramuſculis, & herbis excitato àërem prius purgent.

9. Moneantur etiam; ut, ſi ex una parte nullius peccati gravioris ſibi conſcii ſint, ex altera vero parte cogitare poſſint Sacerdotem contagione corripiendum, ſi Sacramenta illis diſtribuat, ſicque ſubſidium neceſſarium communitati ſubtrahendum; abſtineant amore proximi à petitione talium Sacramentorum, certoque ſibi perſuadeant, pro hoc actu charitatis recepturos eos id, quod ex Sacramentorum receptione alioquin obtinuiſſent.

10. Præcaveantur quoque: ut dum ſani ſunt, ſe ſpiritualibus remediis contra peſtem muniant: Et præ cæteris efficatiora videntur: dolor ſincerus de peccatis, opera pænitentiæ, certæ præces ad B. Virginem, S. Sebaſtianum, Carolum Borromeum, Rochum &c. Maxime vero Litaniæ Lauretanæ, Roſarium, vel ipſa etiam ſalutatio Angelica recitanda frequentius, profuit ad peſtem avertendam.

11. Iuverit etiam oſtendere; quàm cautelam in cura ægrorum ſuſcipiendam adhibere, & quæ ordinarie media corporalia ab ipſis etiam plebeis, & pauperibus hominibus adhiberi poſſint. Et quidem.

Remedia corporalia contra Pestem.

Præter industrias spirituales supra recensitas, quibus utique Sacerdos se ante alios munire debet, alia etiam media & industriæ sedulò ab ipsis adhibendæ, quæ quidem à prudentibus Viris sequentes habentur.

I.

SUmmâ diligentiâ curet Sacerdos; ne unquã ad infectos jeiunus accedat, itaque convenit: ut maturè celebret, deinde jusculum, vel vinum medicatum sumat ex herba Absinthii, Scordii, Cardui Benedicti, dictami Cretici, corticibus citri exsiccati, radicibus pimpinellæ, ex quibus sacculus vino impositus conficitur.

2. Infectos aditurus Sacerdos; habeat vestem attritam, laneæ enim novæ vel pillosæ pelles, plus periculi habent, inferiores magis convenit esse ex corio quàm laneas, omnes verò vestes postquàm redierit, igne purgari curet.

3. Manè aliquas partes corporis oleô Scorpionum, vel alio alexipharmacô illininiat, vg. circa cor, subaxillis, retro auriculas, ac denique ipsos pulsus! In ipso accessu ad ægrotum labia, nares, tempora, balsamô, vel acetô ad hunc usum confecto inungat.

4. Antequàm ad ægrum exeat, manus & faciem lavet aqua, cui permixtum sit acetum, vel vinum, in quo aliquæ herbæ odoriferæ

ma

maceratæ fuerint, quales ſunt: Abſinthium, Salvia, rutha, meliſſa, majeron, hyſopus, Artemiſia, Apica nardus &c. eædem herbæ ſi circa locum ægri ſparſæ ſint & ſubinde moveantur, & confricentur, mire àérem infectum temperant; Idem præſtat acetum aſperſum ſubinde lecto ægri.

5. Si infectus adeo æger ſit, & Regionis, ac locorum conſuetudo permittat, ad januam Domus vel aliquem locum patentiorem eum deferri jubeat, ut ſecurius ſine periculo infectionis diſponi poſſit.

6. Curet Sacerdos: ut ante ingreſſum ſuum æger in lecto ita componatur, ut commode confiteri poſſit! attendat inſuper, ne æger multum ſe moveat in præſentia ſua, aut lectũ aperiat: non minus etiam ipſe Sacerdos ab omni contactu ægri abſtineat, ideoque, nec manum ſalutandi gratia porrigat, neque pulſum ægri exploret, neque loca infecta, & carbunculos contrectet, nec etiam curioſe cupiat aſpicere, ne forte inde horrorem concipiat

7. Solicite curandum eſt: ne Sacerdos halitum ægri excipiat, ex hoc enim facillime hauriri poteſt venenum. Itaque ſequentes cautelas accipiat: 1mo: ſupra ægrum ſe non inclinet, ſi periude lectus ſit humilis, poterit vel ſupra ligneum ſcabellum ſedere, vel quocunque ſuppoſito commodo ſtipite, ſella autem ex panno villoſo omnimode non eſt ad-

mit-

mittenda, propter pilos in illa inclusos:2do: aurem illi non admoveat, sed potius ad vocem clariorem ægrum hortetur:3tio: Non ex adverso ægri sed potius ad latus, vel à tergo consistat;4to: Inter ipsum & confitentem non procul ab ore candela accensa intercedat, probantur maxime illæ candelæ, quæ majorem ignem fovent: Aliqui medici ad hunc casum speciales conferunt, quas conficiunt ex rebus odoriferis, quæ scilicet ignem foveant, & suffitum præstent. Apud Ditiores proderit plures candelas circa lectum accensas habere. 5to: Os & Nares, vel obvoluantur, vel sæpius tingantur strophiolo intincto in aceto bozoartico, vel alio alexipharmaco.

8. Confessionem ita audiat, ut essentialiter quidem nihil intermittat, à supervacaneis tamen abstineat, ne longior mora sit necessaria, quàm ad rem juverit, efficatia quædam dicta, aut facta Sanctorum, in promptu habeat, quibus breviter ad contritionem, & ad tolerandum malum in patientia possit excitare: subinde àéris purioris recipiendi gratia, fenestram, vel alium patentiorem locum adeat, si necessitas Confessionis longiorem moram exigat.

9. Quàm primum vero aliqua pestilentiore aura se inflatum senserit, statim sudorifero aliquo haustu aut bolo, quales sunt ex teriaca ovo aureo vel bezoare, sudores eliciat, & cum su-

ſudore venenum propellet, quod etiam, cum nondum infectus eſt, quamvis ſemel minimûm in hebdomada eſt faciendum.

10. Cum nonnunquàm contingat: ut infecti etiam ad templum confeſſionis gratiâ penetrent, pro maiori ſecuritate ſemper ſtudeat Sacerdos penes ſe habere amuleta, & aliis præſervativis ſe muniat: ad minimum verô tempora, os, nares inungat balſamô, vel acetô & odoratos nodulos ſemper penes ſe habeat, in quibus ſpongia, aceto vel ex rutha; vel oleo juniperi intincta ſit, ut eorum odore Spiritus exinde recreentur.

11 Poſtquàm infectum aliquem audivit, conſultum viderit, aliud quaſi agendo, à confeſſionali domum ſecedere, & ſe ad ignem ramulis juniperi excitatum purgare, faciem acetô aquâ mixto lavare, auram liberam captare, quare, & ſibi, & aliis conſulet. Si neceſſitas non urgeat, expedit idem confeſſionale non repetere, donec populo dilapſo, ſedes per ignem vel aſperſionem, aut lotionem aquâ ex rutha purgetur.

12. Perſona, quàm conſtat eſſe infectam, moneatur, ut vel domum ſuam Confeſſarium vocet, vel eo tempore veniat, quô homines non ſunt in templo, tunc enim extra Confeſſionale eam audire poſſet, in tanta diſtantia, quæ moraliter caret periculo.

13. Denique, peſte ceſſante, & ſe per di-

vinam

vinam gratiam ſervato, gratias DEO debitas habeat, eique humili animo omnia, quæ egit accepta referat ſeque ad ulteriores quoſvis labores circa ſalutem animarum, caſuſque quoſvis præparet & offerat.

Inſtructio Vigeſima Tertia.

De modo miniſtrandi Sacratiſſimam Communionem peſte infectis & alia Sacramenta.

MUlti in hac materia varios depromunt ſenſus, ex quibus nonnullos hic affero, ut in tali caſu Sacerdos exiſtens præeligat ſibi quô placeat uti.

1. Chapeaville, vir doctiſſimus toto libellô ſuo ſub titulo: *Tractatus de neceſſitate & modo adminiſtrandi Sacramenta tempore peſtis* multa in hac diſſerit materia, ex quibus modica hic apponere placuit. *Dicit itaque c. 4. q. 33. de neceſſitate miniſtrandi Euchariſtiam.* Exiguum admodum præſidium contra contagionis periculum eſt, ſi quis ab ægro diſtet unam ulnam vel duas: cuius longitudinis ad ſummum forcipes ſolent eſſe, nihilominus dicuntur reperiri, qui ad huius modi remedia contra contagionem recurrunt! Sed modus hic non eſt licitus, prohibet illum tacite Illuſtriſſimus, ſimul & Eminentiſſimus Cardinalis Boromæus: Cavet enim, ne Sacerdos, etiam peſtis vitandæ cauſa, quàm minimum (qui novus ſit in adminiſtratione Sacramentorum, ſed maximè Euchariſtiæ) ritum inducat, neve inſtrumentum,

aliudve quid simile pro digitis adhibeat, quia est contra Ecclesiæ consuetudinem, quæ nunquam hunc morem in usu habuit. Accedit fieri irreverentiam Sacramento, nam Sacerdos, exponit illud periculo casus, vel decussionis in terram, vel etiam iniuriosæ fractionis, neque enim hostia tenuis potest moraliter loquendo teneri forcipe sive aurea, sive argentea sine periculo fractionis, nec ita certo & tuto, poni in ore ægrotantis, præsertim pestiferi, quia peste infectus fere inquietus est, nec caput absque tremore & motu retinere potest; tum quia ipse Sacerdos, qui sine instrumento oblongiori non audet ministrare Sacramentum, timore correptus ministrat, neque satis est præsenti animo; qui tamen requiritur ad hoc; ut sacra hostia in ore sumentis recte collocetur, maxime cum experientia doceat, & jam extra casum pestis in ordinaria Sacramentorum administratione, quæ fit in Ecclesia, aliquando contingere, ut Eucharistia non satis apte in ore sumentis collocetur, propter quæ pericula Ecclesia, ut videre licet apud antiquos Patres & Doctores, gravissimas pænas constituit contra eos, quorum negligentia aliquid de venerabili hoc Sacramento frangeretur vel in terram decideret : Hinc Tertulianus ibi citatus ait. *Calicis, aut panis nostri aliquid decuti in terram, anxie patimur!* Et Origenes, etiam ibi citatus: *Nostis,*

ſtis, qui divinis myſteriis intereſſe conſueviſtis, quomodo, cum ſuſcipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione ſervatis, ne ex eo parum quid decidat! ne conſecrati muneris aliquid delabatur! reos enim vos creditis & recte creditis!

2 Idem Chapeaville locô citato q. 34. dicit; Modus à quibuſdam uſurpari dicitur, qui ſpatulæ oblongiori Euchariſtiam inſigunt & in os peſte infecti immittunt, ſed ſtulte, ſimul & inepte. Stulte: quia ex nihilo nihil, vel parum admodum præſidii contra contagionem expectari poteſt. impie, quia manifeſta huic Sacramento infertur injuria, perinde (ait) ſcandalum ſpectantibus affert, tum propter inſuetudinem, quia prodit exiguum, vel nullum erga ſuas oves amorem, ut qui ad vitandum corporale periculum, ad tam extranea & Sacramento injurioſa remedia confugit.

3. Dicuntur inveniri aliqui (citatus ait) qui digitis chirotheca, vel ſimili aliqua re tectis hoc Sacramentum miniſtrant. Sed illicite; Stultum enim, vel parum cautum videtur, aſſumi medium ad fugiendam contagionem: Nam ſi contractus, vel labiorum, vel linguæ, vel ſalivæ peſte infecti, timetur per digitos miniſtrandis diſcoopertos, poteſt & idem timeri per eoſdem quocunque inſtrumento tectos, præſertim cum hoc modo miniſtrans non minus vicinus ſit ægro ad concipiendam tum tactu, tum aliis ſenſibus contagionem,

quàm ſi ordinario modô miniſtraret.

4. Generaliter loquendo prænominatus author dicit, & fuſiſſime probat, illicite dari Euchariſtiam communicaturis, ſive poſitam in menſa, ſive in ſcultela, ſive uſuali, & communi pani involutam, ſive quocunque alio modô, præter ordinarium modum digitis miniſtrandam.

5. Tandem concludit hic author dicens: Si forte in aliqua Diæceſi graſſante peſte ſint pauci Sacerdotes, & denique timidi? modus miniſtrandi ſecure Euchariſtiam pani uſuali involutam (judicio ſuperiorum) aliis ad inventionibus videtur convenientior. *Loco Citato queſt. 20.*

Pro modo communicandi peſte infectos authores ſuaviores.

6. Philippus Servius, aliàs amicus Fidelis in ſuo libello parte 3. ait: Peſte laboranti ad vitandam Labem, poteſt ſacra Hoſtia non digitis, ſed honeſto, nitidoque aliquo Inſtrumentò miniſtrari.

7. Jacobus Marchantius in Horto Paſtorum Trac. 6. cand. myſt. ſuccincte de hac materia tractans, multis motivis & rationibus ſuadet peſte infectis propriis manibus miniſtranda eſſe Sacramenta, ſed tamen illos, qui hoc omnino volunt, nec alio modô permittunt ea miniſtrare, nimis auſteros vocat. Et ab aliis mitioribus inducit praxes. Et dicit:

Qui

Quidam curant benedici particulas corporalium, in quibus sacrum corpus Domini deponunt locô aliquo securo, ad quem ægro sit accessus, ut ipse sumere possit, aut per Personam assistentem sibi in ægritudine ad id adjuvari, quæ pars corporalis igni postea traditur.

Alii, capsulis, vel parvulis vitris utuntur, è quibus æger illud ore desumit. Alii, aliis utuntur modis, Ego. (dicit *idem*) licet consultius, & securius non dubitem, si propriis manibus ministrari possit, non video tamen, cur in præsentissimo periculo aliqui alii modi reprobari debeant; adjuncta tali reverentia, quæ hic & nunc adhiberi potest, sine periculo in tali rerum statu irreverentiæ.

8. Idem ibidem ait: Quantùm ad Sacramentum pænitentiæ, tenetur tunc Pastor ministrare etiam cum periculo vitæ, nec exceptioni locus est, nisi ubi morali certitudine constet de bono statu ægri vg. quòd paulò ante ægritudinem confessus sit; & quòd timoratæ & solicitæ sit Conscientiæ, nec nisi veniali culpæ obnoxius, ex altera verò parte evidens sit contagionis periculum, nec facile futurum ut si Parochus inficiatur, de alio possit provideri, tunc enim commune bonum multùm præponderat. Hæc tamen non temerè præsumenda sunt; ut subditus deseratur; Hoc porro adjicimus, in evidenti periculo posse

fieri Confeſſionem materialiter non integram à pænitente, & à Sacerdote parte peccatorum audita abſolutionem impendi, excitando pænitentem ad veram, quantum in ſe eſt, contritionem, vel attritionem pro omnibus peccatis, eſt enim talis Confeſſio formaliter integra, & a Theologis ſolet recenſeri &c. &c. *Sic ille.*

9. Extrema Unctio etiam danda eſt infectis peſte; Et licet (dicit Marchantius Loco Citato) non eſt tam ſtricta obligatio ad eam ut ad cætera Sacramenta in extremo mortis periculo, tamen generaliter loquendo Synodales Conſtitutiones recte aſſerunt id ordinarie debere fieri, ut facile Paſtores hìc non excuſentur &c. Amicus Fidelis parte 3. Citans multos, affirmat peſte laborantes poſſe inungi virgula aliqua oblonga, ſive argentea, ſive lignea Quia (ait) ejuſmodi inſtrumenti uſus, non infert ullam irreverentiam, & multum confert ad vitam miniſtrantis conſervandam.

Tandem, multam authoritatem inducit Marchantius Loco ſupra Citato; dicens: In morbis contagioſis, ut periculum vitetur, ſufficit inungi unum organum ſenſus magis ad Unctionem expoſitum dicendo: *Per iſtam Unctionem, & piiſſimam ſuam miſericordiam indulgeat tibi Dominus. quidquid deliquiſti per viſum, auditum, guſtum, odoratum, & tactum.* Quod etiam ptobant alii

alii in quolibet infirmo, si incipiat mori, antequam cæpta finiatur unctio. ut supra de Infirmis dictum est.

Instructio Parochorum, & Confessariorum pro casibus quorum absolutio seu dispensatio à sacra Pænitentiaria Apostolica impetratur. Ex Romano instrumento impresso desumpta.

CUm sæpe sit experientiâ compertum, plurimos utriusque sexus Christi fideles & præcipuè in longinquis degentes, censurarum vinculis, votorum obligationibus, matrimoniorum impedimentis, nec non irregularitatum, & casuum quoquomodo reservatorum ligaminibus adstrictos, ad sanctam sedem, eiusque sacram Pænitentiariam spectantibus irretitos in illis lachrymose persistere, & continuis conscientiæ agitationibus laboriose perdurare, cuius mali causas ex similibus provenire innotuit.

1. Eò quod Parochi vel alii, ad quos hujusmodi pænitentes recurrere contingit, in Pagis aut locis Ruralibus degunt, & viam, modumque recurrendi ad præfatam sacram Pænitentiariam ignorant, nec aliquem hìc Romæ agnoscunt, ad quem supplicationes dirigant, unde pænitentes perplexos dimittunt, qui cum ad ordinarium accedendi, (præsertim si sint fæminæ) verecundiâ, aut timore intercludantur, consilium ulterius requirere nescientes remedium desperant, & in præ-

dictis vinculis, obligationibus, impedimentis, inhabilitatibus & casibus reservatis cum periculo damnationis insordescunt.

2. Evenit, quòd pænitentes egeni recognitionem pro solicitatione, & labore agentium Romæ commorantium exsolvere non valentes, mærentes, afflicti, ac conscientiæ motibus concussi, in periculoso statu manere coguntur & forte (quod pejus est) sibi persuadent sacræ pænitentiariæ Tribunal aliquid lucri pro litteris prædictis recipere; cum revera sacræ Pænitentiariæ Ministri, nec aliquid quamvis minimum, nec etiam sponte oblatum unquam recipiant; & gratis omnia exhibentes, singulos ad se recurrentes serena fronte complectantur.

3. Accidit etiam nonnunquam per inadvertentiam exponentium, ut gratiæ juxta exposita obtentæ, irritæ evadant, eo quia casus & circumstantias necessarias retineant. unde fit, quod litterarum executores, casu postea pænitentium examinato, rem aliter se hãberi, quàm expressum fuerat, comperiant, & gratias subreptitias aut obreptitias esse inveniant, quare pænitentes confusi remanent, & spe novæ dispensationis se carere putantes in prædictis vinculis, obligationibus &c. miserabiliter remanent.

Quare gratum DEO, & utile fidelibus futurum esse speratur, si iste modus recurren-

di ad ipſam ſacram Pænitentiariã proponatur.

Confeſſores itaque cum Pænitentes vinculis præfatis irretitos ad ſe accedere contigerit, caſuum qualitates, & præfatorum caſuum circumſtantias conſiderent, cauſaſque diſpenſationum, aut commutationum exprimant, & caveant, ne quod occultum eſt, publicum faciant præſertim impedimenta occulta Matrimoniorum, nam publica, vel ad publicum redacta, non pertinent ad ſacram Pænitentiariam.

Et ſic præfati Confeſſores poterunt caſus pænitentium præfatos cum dictis circumſtantiis & cauſis exponere; ſive Latino, ſive quocunque alio idiomate propriæ Regionis, nam ſacra Pænitentiaria ſuos ex quacunque Regione Pænitentiarios ſubordinatos habet: Et exprimant inſuper in fine expoſitionis caſus; nomen, cognomen cui ſit à ſacra Pænitentiaria reſcribendum, etiam ſi ipſum nomen vel cognomen ſit fictitium.

Itemque modum per quem reſponſio ſecura dirigi poſſit ſignificando ſcilicet vulgari nomine Oppidum, ſeu Civitatem & Regionẽ cum data Menſis & Anni in hunc modum.

Intus incipiant Epiſtolam ſeu Supplicationem ſic.

Eminentiſſime ac Reverendiſſime Domine.

N. Mulier emiſit votum ſimplex caſtitatis, manet in periculo incontinentiæ, niſi nubat, ſupplicat ſibi votum commutari ad effectum contrahendi matrimonium

Ter-

Terminent Epistolam seu Supplicationem sic.

DIgnetur Eminentia Vestra rescribere ad N. & N. & exprimant nomen & cognomen illius cui est rescribendum. Ad Civitatem N. exprimendo nomen Civitatis. Per Oppidum N. exprimendo vulgari nomine nomen Oppidi. Et dirigere Breve seu gratiam simplici Confessario, seu Confessario Magistro in Theologia, sive Decretorum Doctori, sive Parocho cui pænitens aperuit suam conscientiam, ne ipse Pænitens, & præsertim fæminæ cogantur circumire pro executione gratiæ sacræ Pænitentiariæ.

Dirigant Epistolam seu supplicationem scribendo extra seu à foris in hunc modum.

Eminentissimo & Reverendissimo Domino, Cardinali majori Pænitentiario. Romam.

Et si tardaverit responsio, Confessarii rescribant, & si opus fuerit semel & iterum ne forte prior Epistola sit deperdita.

Rogantur insuper Parochi, sive Confessarii, ad quos præsentes litteræ pervenerint, illarum notitiam quibus poterunt pro animarum salute communicare.

Ne elaborent nimis Confessarii in dando executionem litteris, seu gratiis sacræ Pænitentiariæ, impressi sunt Romæ in stamparia Apostolica duo libelli, quorum unius titulus est : *Manuductio ad executionem Litterarum sacræ Pænitentiariæ* & alterius: *Dilucidatio Facultatum &*

Præ

Praxis executionum ad litteras & Reſcripta ſacræ Pænitentiariæ. In utroque datur modus exequendi litteras ejuſdem ſacræ Pænitentiariæ.

Romæ Anno M. D. CCV.

Superiorum permiſſu.

Præparatio ad audiendas Confeſſiones.

Antiphona Cor mundum crea in me DEUS, & Spiritum rectum innova in viſceribus meis. Ne projicias me à facie tua, & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi Lætitam ſalutaris tui, & Spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.

Oremus.

OMnipotens & Miſericors DEUS qui me indignum Sacerdotalis officii miniſtrum feciſti, atque ad orandum, & interpellandum JESUM Chriſtum Filium tuum pro peccatoribus mediatorem conſtituiſti: Concede mihi propitius Beata MARIA ſemper Virgine intercedente cum Beatis Angelis cuſtodibus noſtris & omnibus Sanctis, tuæ divinæ charitatis affectum, ut quæ mei ſunt muneris, digne valeam adimplere, & famulis ac famulabus tuis ad pænitentiam revertentibus Spiritum veræ compunctionis largiri digneris, ut reſipiſcant à Diaboli laqueis, quibus adſtricti tenentur, & ad te per dignam ſatisfactionem & emendationem revertantur. Per eundem Dominum noſtrum JESUM Chriſtum &c.

Ora-

Oratio post auditas Confessiones recitanda.

DOmine JESU Christe dulcis amator & sanctificator animarum, purifica obsecro per infusionem Spiritûs S. cor meum ab omni affectione & cogitatione vitiosa, & quidquid à me in meo munere sive per negligentiam, sive per ignorantiam peractum est, pro tua infinita pietate & misericordia supplere digneris. Repono in tuis amabilissimis vulneribus omnes animas quas ad pænitentiam traxisti, & tuo pretiosissimo Sanguine sanctificâsti, ut eas à peccatis custodias & in amore conserves, in virtutibus in dies magis promoveas, atque ad vitam perducas æternam. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas in sæcula sæculorum Amen.

Benedictiones nonnullæ frequentius occurentes pro maiori commoditate Sacerdotis & requirentium eas apponuntur.

Benedictio aquæ ordinariæ.

℣. Adjutorium nostrum in Nomine Domini
℟. Qui fecit cælum & terram.

Deinde absolute incipit Exorcismus salis.

EXorcizo te creatura salis, per DEUM ✠ vivum, per DEUM ✠ verum, per DEUM ✠ Sanctum, per DEUM, qui te per Elisæum Prophetam in aquam mitti jussit; ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcisatum in salutem credentium, & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ & corporis; & effugiat,

at-

atque discedat à loco, in quo aspersum fueris omnis phantasia & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque Spiritus immundus adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos & sæculum per ignem, ℟. Amen.

Oremus.

IMmensam clementiam tuam omnipotens æterne DEUS humiliter imploramus: ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene✠dicere & sancti✠ficare tua pietate digneris; ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis & quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione Spiritualis nequitiæ. Per Christum Dominum nostrumA.

Exorcismus Aquæ, dicatur sine Oremus.

EXorcizo te creatura aquæ in Nomine DEI ✠ Patris omnipotentis & in Nomine JESU ✠ Christi Filii ejus Domini nostri, & in virtute Spiritus ✠ Sancti, ut fias aqua exorcisata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas cum Angelis suis Apostaticis, per virtutem ejusdem Domini nostri JESU Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem Amen.

Oremus.

DEUS, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substan

ſtantia condidiſti: adeſto propitius Invocationibus noſtris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis infunde; ut creatura tua, Myſteriis tuis ſerviens, ad abigendos Dæmones, morboſque pellendos, divinæ gratiæ ſumat effectum: ut quidquid in Domibus, vel locis fidelium hæc unda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat Spiritus peſtilens, non aura corrumpens, diſcedant omnes inſidiæ Inimici; & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aſperſione hujus aquæ effugiat; ut ſalubritas per Invocationem ſancti tui Nominis expetita ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum &c.

Hic mittit ſal in aquam in modum crucis dicendo ſemel. Commixtio ſalis & aquæ pariter fiat, In Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Dominus Vobiſcum, Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS invictæ virtutis author, & inſuperabilis Imperii Rex, ac ſemper Magnificus Triumphator, qui adverſæ Dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis Sæuitiam ſuperas, qui hoſtiles nequitias potenter expugnas; Te Domine trementes & ſupplices depræcamur ac petimus: ut hanc creaturam ſalis &

aquæ dignantur aſpicias, benignus illuſtres, pietatis Tuæ rore ſanctifices, ut ubicunque fuerit aſperſa, per Invocationem ſancti Tui Nominis, omnis infeſtatio immundi Spiritus abigatur, terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur & præſentia S. Spiritus nobis Miſericordiam tuam poſcentibus ubique adeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium Tuum qui Tecum vivit & regnat in unitate ejuſdem Spiritus ſancti DEUS, per omnia ſæcula ſæculorum Am.

Benedictio generalis ad quæcunque volueris.

Adiutorium noſtrum &c.

Oremus.

BEne✠dic Domine creaturam iſtam N. ut ſit remedium ſalutare generi humano; per invocationem ſancti Nominis Tui: ut quicunque ex ea, vel ex eo ſumpſerint, vel uſi fuerint ſalutem animæ & corporis ſuſcipiant ſanitatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum A.

Benedictio Domûs vel Loci.

Quando benedicitur Domus, accendatur una candela benedicta, & crux antecedat.

℣. Adiutorium noſtrum &c.

Oremus

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui Sacerdotibus tuis præcæteris tantam gratiam contuliſti; ut quidquid in tuo Nomine digne, perfecteque ab his agitur, à te fieri credatur, quæſumus immenſam clementiam tuam; ut

ut quod modo visitaturi sumus, visites, quidquid bene✠dicturi, bene✠dicas, & ad ea, quæ acturi sumus dexteram tuæ potentiæ extendas, fiatque ad nostræ humilitatis ingressum & introitum, Sanctorum Tuorum meritis, fuga dæmonum, & Angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Oremus.

DOmine S. Pater, per merita S. N. bene✠dic domum istam, bene✠dic introitum nostrum, bene✠dic ingressus pedum nostrorum, sicut dignatus es Domum Patrum nostrorum Abraham, Isaac & Iacob bene✠dicere.

O Domine IESU Christe, quæsumus; qui discipulis tuis dixisti; in quamcunque Domú intraveritis, salutate eam, dicentes: Pax huic Domui; Veniat pax illa super Domum istam & super omnes famulos & famulas tuas, qui eam inhabitant nunc, & inhabitaturi sunt, & eos Domine ab omni infirmitate eripere, & liberare digneris, & replere centesimo fructu, vini, & olei & frumenti, & in futurum illis æternam concedere gloriam. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum Amen.

Bene✠dic Domine Domum istam, & locum istum cum ædificiis suis: & sit ibi Sanitas, Sanctitas, virtus & gloria atque humilitas, bonitas & mansuetudo, lenitas & plenitudo legis, obedientiaque DEO Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Hæc bene✠dictio sit super Domum

mum, & super locum istum, & super omnes habitantes in eo. Per Christum Dominum &c.

Angeli Sancti DEI descendant in hanc Domum & eam defendant & protegant ab omnibus dæmonibus,& facturis per pietatem DEI semper Amen.

Conserva Domine Domum istam in æternum impollutam, quam à Spiritibus immundis flagellantibus, nunc mundo ✠ purgo ✠ benedico ✠ & sanctifico, egrediatur fons de Domo tua Domine super Domum istam; ut irrigetur Misericordiâ tua, & dic Angelo percutienti: cesset iam manus tua: appareat maiestas tua, & sanctificet ✠ hoc habitaculum. S. MARIA Virgo, invoco Nomen tuum, super hanc Domum & locum! benedic eum quia tu es Mater Misericordiæ &Consolatrix afflictorum, S. Pater N. exurge, & per Passionem IESU Christi, benedic ✠ sanctifica ✠ hanc Domum & locum istum: ut Dæmones & eorum Maleficia non possint latere, neque stare in hac Domo vel loco. Nam ego N. Sacerdos Dei & Servus tuus, in Tuo Nomine destruo ✠ & annihilo ✠ facturas, & omnia maleficia, facta, vel fienda in hac Domo, vel loco,& benedico ✠ & sanctifico ✠ hanc Domum & locum,ut dæmones & facturæ eorum non possint stare, nec durare, sed nunc omnia destruantur & deficiant. In Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Peto Domine per Tuam bonitatem:ut domus & locus iste sit benedictus ✠ à Tua S. dextera, ut sit ignis ardens dæmonibus, ut semper fugiant confusi,nec ullo modô possint stare,nec latere, vel die,vel nocte & omnes habitantes securi sint, & quiescant in tua pace sine turbatione vel strepitu & sine aliquo nocumento diabolici;Et Benedictio Tua sit supra Domũ & locũ istum, & super omnes habitantes in eo. Per te IESU Christe Amen.

Benedictio Agni Paschalis & aliorum esculentorum.

Adjutorium nostrum &c.

Oremus.

DEUS, qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi Tui de Ægypto agnum occidi jussisti, in similitudinem Domini nostri IESU Christi, & utrosque postes domorum sanguine agni perungi præcepisti, ita bene✠dicere digneris hanc creaturam carnis & sancti✠ficare; quam nos Famuli Tui ad laudem tuam sumere desideramus. Per Resurrectionem ejusdem Domini nostri IESU Christi. Qui Tecum vivit & regnat &c.

Benedictio Ovorum.

Oremus.

SUbveniat quæsumus Domine tuæ bene✠dictionis gratia huic ovorum creaturæ; ut cibus salubris fiat Fidelibus tuis in tuarum gratiarum actionem sumentibus, ob resurrectionem Domini nostri IESU Christi. Qui Tecum vivit & regnat &c.

Be-

Benedictio carnium quarumcunque.

Oremus

DOmine IESU Chriſte Fili DEI vivi, qui es verus ac immaculatus agnus, quique immaculatus in ara Crucis peccata mundi delêſti, & nos ad ovile propriis humeris reportâſti, has carnes (*potes earum ſpecies enumerare quas vides*) quas ad uſus hominum creaſti, bene✠dicere & ſancti✠ficare digneris. Ut omnes ex eis ſumentes, tuis benedictionibus repleti, & animæ & corporis ſanitatem (te annuente) ſemper accepiſſe lætentur, Salvator mundi. Qui vivis & regnas &c.

Benedictio panis in Paſchate.

Adiutorium noſtrum &c.

Oremus.

DOmine IESU Chriſte Panis Angelorum, Panis vivus æternæ vitæ, bene✠dicere dignare Panem iſtum, ſicut benedixiſti quinque Panes in deſerto, ut omnes ex eo guſtantes, inde corporis & animæ percipiant ſanitatem. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum A.

Oremus.

DOmine S. Pater Omnipotens æterne DEUS, bene✠dicere digneris hunc panem Tua ſancta Spirituali benedictione: ut ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis, atque contra omnes morbos & univerſas inimicorum inſidias tutamen, per Dominum noſtrum IESUM Chriſtum Filium Tuum Panem

vivum qui de cælo deſcendit & dat vitam & ſalutem mundo, & tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

Benedictio cujuſcunque potûs in Paſchate.

Adiutorium noſtrum &c.

Oremus.

CReator & Conſervator humani generis, dator gratiæ Spiritualis, largitor æternæ ſalutis, tu Domine mitte Spiritum Sanctum tuum, cum benedictione ſuper hanc creaturam (*exprime ſpecies potûs benedicendi appoſiti*) ut armata virtute cæleſtis defenſionis, illis, qui eâ fruentur, proficiat ad corporis & animæ ſalutem ac tutelam. Per Dominum noſtrum IESUM Chriſtum &c.

In fine aſpergat aquâ benedictâ hæc omnia.

Benedictio ſeminum quorumcunque.

Adjutorium noſtrum &c.

Oremus.

TE Domine petimus ac rogamus: ut grana ſeminum, frumenti, ſiliginis, hordei, avenæ & aliorum cujuſcunq; generis exiſtant, tuis oculis ſerenis, hilarique vultu reſpicere digneris, ſicut autem per Moyſen Famulum tuum populo policitus es dicens: aperit Dominus theſaurum ſuum, optimum cælum, ut tribuat pluviam terræ ſuæ in tempore ſuo, benedicatque cunctis operibus manuum tuarum; ita oramus Domine; ut nobis miſericor-

diter præſtes auxilium gratiæ Tuæ, & ſuper hæc ſeminum grana benedictionem ✠ tuam benignus effundas, non ea volucres Cæli ſurripiant, non turbo ſubvertat, nec vis tempeſtatis grandinumque excreſcentia detruncet, nec aëris ſerenitas, aut inundatio pluvialis exterminet, ſed incolumia, & ſuperabundantia propter uſum hominum ad pleniſſimam maturitatem perducere digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Oremus.

BEne✠dicat nos DEUS, DEUS noſter, & terræ ubertatem concedat, in centuplum amplificet fructus ejus; ut viventes cum exultatione manipulos noſtros colligamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Aſpergantur aquâ benedicta.

Benedictio Lacticiniorum.

Adjutorium noſtrum &c.

Oremus.

DIgnare Domine S. Pater omnipotens æterne DEUS bene✠dicere & ſancti✠ficare hanc creaturam butyri, caſei, lactis &c. quæ ex adipe animalium educere dignatus es ut quicunque ex populis tuis fidelibus de eis comederint, vel guſtaverint, omni benedictione cæleſti, & gratia ſaturati repleantur in bonis. Per Chriſtum Dominum noſtrum A.

Oremus.

BEnedictio omnipotentis Pa✠tris & Fi✠lii, &

& Spi✠ritus Sancti, descendat super hanc creaturam N. & N. & per virtutem S. Crucis & mortis IESU Christi Domini nostri, fugiat ab eis omnis infestatio Sathanæ, & omne phantasma evanescat. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Aspergatur aquâ benedicta.

Benedictio Braxatorii vel alterius officinæ eadem est, qua & domûs vide fol 187. mutatis mutandis.

Benedictio Ignis in quibus vis Locis.

Adjutorium nostrum &c.

Oremus.

BEne✠dico te creatura ignis, atque sancti✠fico per eum, qui te creavit, qui famulo tuo Moysi apparuit ignea formâ in rubo. Bene✠dico & exorci✠so, atque con✠iuro te o creatura ignis, per eum qui fecit orbem tremere, & omnia potest, ut adversus infernales prædones sis mihi adjutorium, eosque in Nomine IESU & S. Ubaldi ac S. Antonii de Padua affligas, excrucies & exuras igne gehênæ sulphureæ, sic Tu Domine bene✠dicere & sancti✠ficare digneris hanc creaturam ignis, ut ardens dæmones & omnia opera sua & maleficia cujuscunque generis sint, comburat, destruat & annihilet, quæ facta sunt, & facta fuerunt: quæ omnia in Nomine Tuo Domine destruo & annihilo semper, obsecrans humiliter tuam omnipotentem pietatem, ut huic creaturæ ignis eam virtutem conferre tua

be-

benignitate digneris, quæ malignis Spiritibus non solùm infernalium pænarum amaram recordationem efficiat: verùm etiam eos, (pro eorum in te, & in nos ministros Tuos contumacia) excruciet, extermınet & expellat, & sic bene✠dico & sancti✠fico hanc creaturam ignis. In Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Oremus.

DOmine DEUS noster omnipotens, lumen indeficiens, conditor omnium hominum, exaudi nos famulos tuos & bene✠dic hunc ignem, qui tua sanctificatione, & bene✠dictione consecratus est: Tu qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina tenebras cordis nostri & conscientias nostras igne tuæ charitatis; ut tuo lumine igniti, tuo lumine illuminati, expulsis à cordibus nostris peccatorum tenebris ad vitam te illustrante pervenire mereamur æternam. Per Christum Dominum &c.

Oremus.

EFfice Misericordissime DEUS, ut hæc tua creatura ignis ardore suo & flammis ultra necessitatem nostram non erumpat, nullôque modo servis tuis tam in ædificiis, quàm quibusvis aliis rebus noceat, sed ad nostram omnem prosit utilitatem & commoditatem, ut dum hac creaturâ ignis quomodocunque in corporibus fovemur, etiam igne amoris, & timo

moris tui ferveamus. Qui vivis & regnas &c.

Aspergatur aquâ benedicta.

Benedictio retis.

Adjutorium nostrum &c.

Oremus.

QUæsumus Pater omnipotens æterne DEUS: ut mittere digneris benedictionem✠ tuam in istud rete, quod bene✠dicimus in sancto tuo nomine & Filii tui Domini nostri IESU Christi & Spiritus Sancti, quemadmodùm benedicere dignatus es sanctorum Apostolorum tuorum rete, cum dixisti eis: Mittite in dexteram navigii, & invenietis, impletumque est multitudine piscium; Ita nos, non propter nostra merita, sed propter tuam clementiam adjuvare digneris tua gratiâ: ut de tuis donis tibi semper gratias agamus. Qui es benedictus in sæcula sæculorum Amen.

Oratio pro copiosa piscatione.

Oremus.

DEUS cujus providentia in sui dispositione non fallitur, à quo bona cũcta procedunt, sine quo nihil est validum: Te supplices exoramus, ut benedicendo ✠ bene✠dicas rore tuæ gratiæ cælestis hanc aquam; ut commode ad usus fidelium tuorum multitudinem piscium ex ea extrahentes, Te summum Rectorem, Gubernatorem & Dispensatorem agnoscant, diligant & venerentur; Rogamus etiam Te Domine labores manuum Servorum

Tuorum ne deſpicias: ſed tua ſanctiſſima be✠nedictione ab eis cuncta noxia ſubmoveas, & omnia eis bona profutura concedas. Per Dominum noſtrum &c.

Benedictio DEI omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lii & Spi✠ritus Sancti, deſcendat ſuper hanc aquam, & ſuper hæc retia, & ſuper nos omnes & maneat ſemper Amen.

Aſpergatur aquâ benedicta.

Benedictio Armentorum, Equorum, boum, ovium &c.

Adjutorium noſtrum &c.

Oremus.

DEUS Pater Domini noſtri IESU Chriſti, cujus verbo cæli firmati ſunt, cui omnis creatura deſervit, omnis poteſtas ſubiecta eſt cuius audito nomine ſerpentes conquieſcunt, dracones fugiunt, viperæ ſilent, ſcorpiones extinguuntur, reguli vincuntur, phalangia nihil noxium operantur; venenata non nocent, cunctaque noxia animalia licet ferocia terrentur: ad auxilium noſtrum te imploramus; Tu ab hoc armento omnes Diaboli fraudes repelle, ferarum incurſus amove, venena, & quævis maleficia reſcinde, illudque ab omnibus infirmitatibus, adverſitatibus, & periculis libera. Dignare Domine per nomen ſanctiſſimum dulciſſimi Filii Tui, per interceſſionem B. V. MARIÆ Matris eius, per merita S. Antonii omniumque electorum tuorum conſervare hunc gregem, expurgare ab omni ad

verſariorum nequitia ſtabulum, ſalvificare pabulum, fæcunditatem ei tribuere, & tua efficaciſſima benedictione replere omnia, quæ uſui hujus armenti adaptantur, & adaptanda erunt. Per eundem Dominum &c.

✠ *Sequentia S. Evangelii ſecundùm Lucam.*

℟. *Gloria Tibi Domine.*

IN illo tempore: Paſtores loquebantur ad invicem dicentes: tranſeamus uſque Bethlehem & videamus hoc verbum, quod factum eſt: quod Dominus oſtendit nobis & venerunt feſtinantes, & invenerunt MARIAM & IOSEPH, & infantem poſitum in præſepio, videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc, & omnes qui audierunt mirati ſunt de his, quæ dicta erant à Paſtoribus ad ipſos, MARIA autem conſervabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo, & reverſi ſunt Paſtores glorificantes & laudantes DEUM, in omnibus quæ audierant & viderant, ſicut dictum eſt ad illos.

℟. *Laus tibi Chriſte.*

Dominus vobiſcum, Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DOmine DEUS, Rex Cæli & terræ, verbum Patris, per quem omnia facta, ſuſtentationi noſtræ tradita ſunt. Qui, ut redimeres nos peccatores à faucibus inferni & à poteſtate Diaboli, carnem noſtram ſumere decreviſti & per Spiritum Sanctum in utero B. V. MA-

RIÆ

RIÆ conceptus, in caula inter jumenta na-
ſci non es dedignatus, & pannis involutus in
præſepio reclinari voluiſti, reſpice quæſu-
mus humilitatem noſtram, & ſicut noſtris la-
boribus, atque neceſſitatibus per jumenta
ſubvenimentum tribuiſti, ita tua benigniſſima
miſeratione hæc armenta cuſtodire ✠ & tu-
eri non recuſes, nobiſque famulis tuis cum
temporali proventu tuam immarceſcibilem
gratiam conferre. Qui vivis & regnas &c.

Aſpergatur aquâ benedicta.

Benedictio animalium tempore peſtis.

Adjutorium noſtrum &c.

Oremus.

MIſericordiam tuam Domine ſupplices exoramus, ut hæc animalia, quæ gravi infirmitate vexantur, in nomine tuo, atque tuæ benedictionis ✠ virtute ſanentur. Extinguatur in eis omnis diabolica poteſtas, nec ulteriùs ægrotent, tu eis Domine ſis de fenſaculū vitæ, & remedium ſanitatis. Per Dñum &c.

Aſpergatur aquâ benedicta.

Benedictio ſalis, quod datur animalibus.

Adjutorium noſtrum &c.

Oremus.

DEUS inviſibilis & inæſtimabilis, pietatem tuam per ſanctum & tremendum Filii tui nomen ſuppliciter deprecamur: ut in hanc creaturam ſalis, bene✠dictionem & potentiam inviſibilis operationis infundas: ut ani-

ma-

malia, quæ neceſſitatibus humanis, tribuere dignatus es, cum ex eo acceperint, vel guſtaverint, bene✠dictio & ſancti✠ficatio tua, ab omni ægritudinis & læſionis incurſu te pro tegente cuſtodiat. Per eundem Dominum &c.

Oremus.

DOmine S. Pater, omnipotens æterne DEUS, defende quæſumus omnia animalia noſtra per hanc creaturam ſalis; Defende piiſſime à raptoribus, Latronibus, à beſtiis, à ſcabie, à morbo, à morſibus, à laqueis, à Diabolo; ab infirmitate, ab invidia, à malitia pravorum, à malis hominibus, à malis oculis, à veneficiis, ab auriſpicibus, & ab omnibus malis; Et animalia, quæ morbis, & infirmitatibus vexantur, per hanc creaturam ſalis & per invocationem ſancti Nominis tui ſanare digneris. Per Chriſtum &c.

Aſpergatur aquâ benedicta.

Benedictio Maleficiati.

Adjutorium noſtrum &c.

Oremus.

BEne✠dicat tibi Dominus & cuſtodiat te, oſtendat faciem ſuam tibi, & miſereatur tui, convertat vultum ſuum ad te & det tibi pacem, Dominus bene✠dicat tibi N. & liberet te ab omni malo, & ab omnibus inſidiis inimicorum. Dominus IESUS ✠ Chriſtus apud te ſit, ut te defendat, intra te ſit, ut te conſervet, ante te ſit: ut te deducat, poſt te ſit,

ut te cuſtodiat, ſuper te ſit: ut te bene✠dicat, & liberet te ab omnibus maleficiis, incantationibus, ligationibus, ſignaturis & facturis, Dominus IESUS ✠ Chriſtus te abſolvat ab omni vinculo facturæ, & maleficii, per virtutes, & potentias ſpirituum malignorum tibi facto, ut nocere tibi non poſſit; ſive ſit in ære, aut in plumbo, aut argento, aut in auro aut in aliquo filato bombacino, vel ſerico, vel lineo, vel in oſſibus hominum mortuorum, vel viventium, vel animalium terreſtrium, vel volatilium aqueorum, & ſi eſt in libro, vel in charta etiam virginea, vel in aliquo ligno, vel aliquibus verbis, vel in herbis, vel in capillis, vel in lapidibus, vel in plumis, vel in lana, vel in paleis, vel in quibuſvis creaturis. Et ſi eſt in ſepulchro Hæbræorum, Paganorum, Hæreticorum, vel Chriſtianorum, vel ſi eſt in agro, vel vinea, vel in horto, vel in pratis vel nemoribus aut in montibus, aut in ſuperciliis montium, vel vallibus, vel in cavernis, vel in fontibus, vel extra. Et ſi ab oriente vel occidente, vel ſeptemtrione, vel meridie, vel in veſtimentis, vel cincturis, vel in trivio, vel in Domo, vel Domibus, vel in pariete, thoro, aut inſuper, aut deſuper, in rebus Domûs vel in ſtrato, vel in arbore, aut in fovea, aut in puteo, vel in ciſterna, aut in profunda abyſſo, aut in ſilva, vel ſpelunca ſolitaria, aut in deſerto, vel in diviſionibus ma-

rium, vel fluminum, vel inſtatua, vel in clauſura ferrea, vel in coniunctura membrorum, vel conſumptum per ignem, vel potione, vel comeſtione, vel tactu vel viſu vel odoratu, vel auditu, vel quocunque loco ſit, quomodocunque, aut qualitercunque factum ſit etiam ad mortem: terminetur, diſſolvatur, eradicetur & ſub quibuſvis verbis, aut rebus, quæ omnia nocere tibi non poſſint, & non habeant poteſtatem ſuper te N. nec in die, nec in nocte, neque orando, neque vigilando, neque dormiendo, neque ſedendo, neque ſtando, neque naturalia exercendo, nec in nova, nec in veteri lege, nec in ulla hora diei, neque noctis, neque habeat poteſtatem intrandi domum tuam, nec ulla figura appareat, Dominus noſter IESUS Chriſtus ſolvat, & liberet te N ab omnibus malis tentationibus, phantaſmatibus, ab omni factura & poteſtate diabolica, & ab omni vinculo maleficii, & ab omnibus periculis animæ & corporis per Nomen DEI, qui eſt DEUS Abraham, DEUS Iſaac, DEUS Iacob, Rex magnus glorificatus & adoratus vivificatus in Cælo & in terra, aperiat tibi DEUS januam dilectionis ſuæ coram omnibus ſanctis Angelis ſuis, videlicet Michaele, Gabriele, Raphaele, Herubim & Seraphim, omnibus Angelis & Archangelis, Thronis, Dominationibus, Principatibus, Poteſtatibus & virtutibus Cælorum & Beatorum

Spi

Spirituum, & per ſanctum Ioannem Baptiſtam & per omnes Patriarchas, atque Prophetas, per orationes & merita Apoſtolorum & Evangeliſtarum, & per orationes omnium Sanctorum & Sanctarum, per ſua ſancta Nomina IESUS ✠ Chriſtus, te N. liberare dignetur, Chriſtus vincit ✠ Chriſtus regnat ✠ Chriſtus imperat ✠ Chriſtus ✠ ab omni malo te defendat Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio Infirmi.

In ingreſſu cubiculi dicatur: Pax huic Domui &c.

Poſtea cubiculum & lectum aſpergat aquâ benedicta dicens Antiph Aſperges me &c. *Deinde Pſalm:* Miſerere mei DEUS &c. Gloria Patri &c. *Repetat:* Aſperges me &c. Adiutorium noſtrum &c. Dominus Vobiſcum &c.

Oremus.

EXaudi nos Domine S. Pater omnipotens æterne DEUS, & mittere digneris S. Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum &c.

Secundùm temporis opportunitatem dicat Sacerdos flexis genibus vel Litanias Beatiſſ. vel Nominis JESU, vel paſſionis Chriſti, vel omnes ſucceſſivè, quas vide in Parte Polonica vel Pſalm Miſerere, vel de profundis vel qui habitat in adjutorio altiſſimi &c.

Poſtea ſubjungat.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Pater Noſter &c.

℣. Salvum fac ſervum tuum,
℟. DEUS meus ſperantem in Te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo,
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis,
℟. A facie inimici.
℣. Dominus opem ferat illi,
℟. Super lectum doloris eius.
℣. Domine exaudi orationem meam &c.
℣. Dominus Vobiſcum &c.

Oremus.

EXaudi quæſumus Domine ſupplicum preces & confitentium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas, benignus & pacem.

Ineffabilem nobis Domine miſericordiam tuam clementer oſtende, ut ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pænis, quas pro his meremur, eripias.

Omnipotens ſempiterne DEUS infirmitatem Famuli tui propitius reſpice atque ad eum protegendum, dexteram tuæ Maieſtatis extende.

DEUS infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii Tui, ſuper Infirmum famulum tuum oſtende virturem: ut ope miſericordiæ Tuæ adiutus, Eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumis repræſentari mereatur.

Con-

Concede hunc famulum tuum, quæſumus Domine DEUS perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa B. MARIÆ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æternà perfrui lætitiâ. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Dicatur Evangelium. In principio erat verbum &c, Deinde: Imponat dextram ſuper caput infirmi, & dicat:

SUper ægros manus imponent, & bene habebunt. IESUS Filius MARIÆ, mundi ſalus & Dominus, meritis & interceſſione Apoſtolorum Petri & Pauli atque Advocatorum tuorum, & omnium Sanctorum ſit tibi clemens & propitius Amen.

Pollice dextro ſignet eius frontem, & dicat.

PEr Signum ſanctæ Crucis ✠ per domum S. Spiritus, det tibi DEUS ſanitatem mentis & corporis Amen.

Denuo aſpergat aquâ dicens:

BEnedictio ✠ DEI omnipotentis, Patris & Filii, & Spiritûs Sancti, deſcendat ſuper te & maneat ſemper Amen.

Si infirmus ſit obſtinatus, neque confiteri velit. Dicat Sacerdos devotè ſuper eum Orationem quam *vide fol.* 58.

Benedictio Medicinæ pro Infirmis.

Adjutorium noſtrum &c.

Oremus.

QUæſumus clementiam tuam o æterne DEUS,

US, ut hanc medicinam ad expellendas omnes ægritudines, & virtutes diabolicas infeſtationes maleficiales imò & ipſos dæmones à corporibus humanis, quam in nomine ſancto tuo, & Divi Ubaldi, ac ſancti Antonii de Padua Bene✠dico & ſancti✠fico, ſic tu omnipotens & clementiſſime DEUS bene✠dicere & ſancti✠ficare digneris. In omni, qui eam biberit, extingue febrium infeſtationes, viſcerum tormenta cura, Cordis, capitiſque dolores, & paſſiones cunctas diſſolve, gravitates peccatorum remove, infeſtationes cunctas à quibuſvis partibus corporis reſolve, phantaſmatis adeſto periculis, tumoreſque compeſce, ſit hæc medicina expulſio præſentis morbi & fuga Diaboli cum ſuis ſociis, facturis & armis. Exorcizo te ✠ Creatura medicinæ in Nomine IESU, ut virtutem naturalem retineas, ſupernaturalem recipias adjurata in Nomine Chriſti, Bene✠dic Domine hanc medicinam & virtus Spiritus Sancti ſit ſuper eam ad evacuanda, deſtruenda, annihilanda, & eradicanda à corpore humano maleficia cuncta cuiuſcunque generis ſint, & ſimul ad expellendum ipſum dæmonem. Prout ego N. Sacerdos tuus, bene✠dico, exor✠cizo & ſancti✠fico. Bene✠dictiones cunctæ ſervorum DEI ſint ſuper te o Medicina! ut ſis potens ad effugandos dæmones cum ſuis facturis & armis diabolicis. Tandem Be-

nedictio S. Ubaldi Epiſcopi & ſancti Antonii de Padua ſit ſuper te ✠ in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Aſpergatur aquâ benedicta.

Benedictio comeſtibilium pro Infirmis.

Adiutorium noſtrum &c.

Oremus.

IN Nomine Domini IESU Chriſti ego N. Sacerdos DEI, bene✠dico atque exorcizo vos Creaturas: Panis, Vini, Potûs &c. carnis, fructus & cuiuſcunque comeſtibilis, per illum, qui benedixit panes in deſerto & multiplicavit, & per illum qui aquam in vinum convertit, & qui manna Patribus dedit in deſerto omne delectamentum in ſe habens, ut ſitis fortitudo & ſanitas, atque purificatio huic & omnibus creaturis DEI ſumentibus vos, ad effugandos omnes ſpiritus immundos omnem nefariam Diaboli poteſtatem; facturas ſuas, figuras omnes & minas ejus exterminandas, per eum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos.

Purifica Domine IESU Chriſte, bene✠dic & ſancti✠fica quæſo has creaturas cibi & potus, quas ego N. Sacerdos tuus in tuo Nomine, & S. Ubaldi ac Sancti Antonii de Padua ſervi tui bene✠dico purifico & ſancti✠fico; ut quicunque comederit vel biberit ex eis, per dilectionem B. V. MARIÆ & S. Ubaldi, S. Antonii de Padua, & omnium San-

ctorum bibat & comedat coram Domino cum omni lætitia, & ſint contra maleficia, & inſidias diaboli, quæ maleficia per hæc potabilia, & comeſtibilia deſtruo & annihilo, & etiam fugo dæmones & omnia diabolica, in Nomine IESU confringo & eradico & ejicio à corporibus humanis. O Creatura DEI, tolle has creaturas cibi & potûs, quas miſit tibi DEUS & quas ego Sacerdos DEI exorcizo ✠ purifico bene✠dico, & ſanctifico in nomine ſancto eius, & SS. MARIÆ Virginis & S. Antonii de Padua. Requieſce ergo, comede & bibe in nomine IESU, recedat à te ſathan cum omnibus ſuis facturis, in nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus Sancti ✠ Amen.

Aſpergatur &c.

Benedictio balnei præſertim pro maleficiatis.

EXorcizo te unda balnei per DEUM Patrem ✠ per DEUM Filium ✠ per DEUM Spiritum ✠ Sanctum, per DEUM qui ſimile Lavacrum Moyſi ſervo ſuo fieri mandavit, dicens: facias labium æneum cum baſi ſua ad lavandum. Per DEUM, qui lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Per DEUM, qui nos per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti in Filios adoptionis accepit, ne tibi aliquid commune ſit cum Spiritibus immundis; ſed ſanctificeris, ut ſis Chriſti fidelium purgatio & immundorum Spirituum abdicatio, atque maleficiorum omnium ab

homine, ſive à diabolo factorum exterminatio; Ita, ut quicunque ex te corpus ſuum laverit, Divinam virtutem in te ſentiat affuiſſe. Per eum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem Amen.

Oremus.

OMnipotens æterne DEUS, ante cujus conſpectum tremunt Angeli & infernus ululat, qui Iudith Ancillæ tuæ, quæ corpus laverat & ornaverat, tantam gratiam donare dignatus es, ut fieret Holofernicida, & Populum ſuum ab obſidione liberaret, bene✠dicere & ſancti✠ficare dignare hoc ablutionis genus, ut quiſquis ex eo corpus ſuum laverit, valeat Holofernis infernalis interimere virtutem & ab eius vexatione liberari, atque ab omni maleficiorum genere miſericorditer te præſtante ſalvari. Per Dominum noſtrum IESUM Chriſtum Filium tuum, qui aquâ in pelvim miſſa, Diſcipulorum ſuorum pedes humiliter lavit, & Tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

Aſpergatur &c.

Benedictio Thalami vel Cameræ.

Adjutorium noſtrum &c.

Oremus.

BEnedic Domine Thalamum hunc, & omnes habitantes in eo: ut in tua pace conſiſtant, & in tua voluntate permaneant, & ſene-

ſeneſcant & multiplicentur in longitudinem dierum & ad regna cælorum perveniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Aſpergat aquâ benedictâ.

Benedictio Thori.

Oremus.

DOmine ſancte Pater, qui caſtigando nos ſalvas, deprecor Maieſtatem tuam ſuper lectum, & ſuper hanc Domum, & ſuper omnia quæ ſunt in ea & ſuper has plumas, quia omnia benedico ✠ purifico ✠ atque ſancti✠fico per nomen ſanctum Tuum, & ſervi tui Antonii Paduani, quem precor, ut ſit in noſtro auxilio, & omnium creaturarum, ſic & tu Domine bene✠dicere, & ſancti✠ficare digneris hunc lectum, Domum, & omnia quæ ſunt in ea, & has plumas, ut quiſquis & præcipue hæc creatura N. ſuper has plumas, & lectum proſtrata fuerit, dormiat & tuam benedictionem recipiat & ſecura quieſcat. Imò omnis ſpiritus immundus, omne phantaſma, omne maleficium, vel factura, ligatura, & omne opus quomodolibet diabolicum in lectum, vel plumas has vel domum factum deſtruatur, annihiletur, exterminetur, diſſipetur, expellatur, elongetur, quantum eſt elongatum cælum à terra, lux à tenebris, nec amplius revertatur. Et ego N. Sacerdos DEI deſtruo & extirpo & annihilo, ut non revertatur, & ſpiritus maledictos, thorum, Domum

& tuas Creaturas violare volentes contero & diſperdo, & tandem Domine multiplica tuas ſanctas Benedictiones ſuper lectum & has plumas, & domum & ſuper creaturas, quæ habitant in ea. Nam ego omnia bene✠dico, ſancti✠fico Sacerdotali authoritate✠quâ fungor. In Nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spi✠ritus Sancti Amen.

Aſpergatur &c.

Et ponat Sacerdos incenſum ſuper ignem benedictum ut fumigetur domus, vel cubiculum vel lectus, & ponatur in lecto Cera agni DEI, oliva Palmarum benedicta cum ſale exorcizato, & incenſo cerei, cum auro & Myrrha.

Benedictio Infantis.

Adjutorium noſtrum &c.

Oremus.

DOmine IESU Chriſte, qui parvulos tibi oblatos & ad te venientes amplexabaris (*hic ponat manum ſuper caput infantis*) manuſque ſuper illos imponens, benedicebas, atque dicebas: ſinite parvulos venire ad me, & nolite prohibere illos, talium eſt enim regnum Cælorum, & Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei: Reſpice quæſumus ad Infantum præſentium, (*vel ſi unus tantùm ſit*) infantis præſentis innocentiam, & ad ſuorum Parentum devotionem, & clementer eos per Miniſterium meum bene✠dic, ut in tua gratiâ, & tua miſericordiâ ſemper proficiant,

te ſapiant, te diligant, te timeant, mandata tua & Parentum cuſtodiant, & ad finem optatum feliciter perveniant. Per Te IESU Chriſte Salvator mundi. Qui vivis & regnas DEUS Amen.

Benedictio DEI Pa✠tris omnipotentis & Filii ✠ & Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos & cuſtodiat, & dirigat vos & maneat ſemper vobiſcum Amen.

Aſpergatur &c.

Oremus.

QUæſumus omnipotens DEUS, pueris iſtis pro quibus tuam deprecamur clementiam bene✠dicere dignare & per virtutem Sancti Spiritus corda eorum corrobora, vitam ſanctifica, caſtimoniâ decora, & ſenſus eorum in bonis operibus muni & informa, proſpera tribue, pacem concede, ſalutem confer, charitatem largire & ab omnibus diabolicis atque humanis inſidiis (tua protectione & virtute) ſemper defende & in finem ad requiem Paradiſi eos perduc. Per Dominum &c.

Benedictio Imaginum.

Adiutorium noſtrum &c.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne DEUS, Majeſtatem tuam ſuppliciter exoramus, ut iconem hanc in qua glorioſiſſima Imago vel imagines Filii tui Domini noſtri vel glorioſæ Virginis MARIÆ Matris ejus vel Sancti N. vel Sancto-

ctorum N. N. depicta est, (vel sunt) bene✠dicere & sancti✠ficare digneris, antèquam, quicunque ob devotionem ad te ipsum adorandum se devote inclinaverint, salutem mentis & corporis consequantur, & quidquid iuste petierint, obtinere mereantur. Per eundem &c.

Aspergantur aquâ benedicta.

Benedictio Coronæ ordinariæ.

Adiutorium nostrum &c.

Oremus.

OMnipotēs & Misericors DEUS, qui propter nimiā charitatem tuam, quâ dilexisti nos, Filium tuum Dominum nostrum IESUM Christum pro redemptione nostra de cælis in terras descendere, & de Beatissimæ Virginis utero Angelo nunciante carnem suscipere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli, obsecramus immensam clementiam tuam: ut hanc coronam, in honorem & laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicatam bene✠dicas, & sancti✠fices, eique tantam infundas virtutem Spiritûs S. ut quicunque eam portaverit, vel dixerit, aut in domo reverenter tenuerit, ab omni hoste & facturis semper & ubique in hoc sæculo liberetur & in exitu suo â Beatissima Virgine ac Sancto Ubaldo & S. Antonio Paduano tibi plenis bonis operibus præsentari mereatur. Per eundem &c.

Aspergatur aquâ benedicta.

BenedictioScapularis. Sit accensa candela.

Adjutorium nostrum &c.

Oremus.

SUppliciter teDomine oramus,ut superhunc habitum servo tuo imponendum bene✠dictio tua benigna descendat, ut sit benedictus atque divina virtute procul pellantur hostium nostrorum visibilum & invisibilium tela nequissima Amen.

Oremus.

CAput omnium fidelium DEUS & humani generis Salvator hunc habitum,quem propter tuum tuæque genitricis Virginis MARIÆ de monte Carmelo amorem atque devotionem, servus tuus est delaturus, dexterâ tua Sancti✠fica, & hoc, quod per illum mysticè datur intelligi, tuâ semper custodiâ corpore & animô servetur, & ad remunerationem perpetuam cum Sanctis omnibus felicissimè perducatur, Qui vivis & regnas in sæcula, sæculorum Amen.

Oremus.

CReator,Conservatur & Salvator omnium, largitor humanæ salutis DEUS, & dator gratiæ spiritualis, bene✠dictionem tuam super hunc habitum immitte, ut qui eum gestaverit, cælesti virtute munitus, fidem integram, spem firmam, charitatem desideratam teneat, & à te nunquam seperari permittas.

Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum A.

Aſpergatur aquâ benedicta.

Coniuratio ad fugandam Tempeſtatem.

Hæc coniuratio ter devotè dicatur.

In Nomine Patris & Filii, & Spiritûs ✠ S. A. *dicatur.* Pater noſter &c. & ne nos &c. Sed libera nos &c.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne DEUS parce metuentibus, & propitiare ſupplicantibus Tibi, & hos pernoxios imbres, fulgura, & fulmina atq; tonitrua & vim procellarum, atque comminationem tempeſtatis in materiam Tuæ laudis tranſire facias Amen.

Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem,

℟. Sed libera nos ab hac tempeſtate, & grandine, & ab omni malo.

COnjuro vos àéreas tempeſtates per DEUM vivum ✠ per DEUM verum ✠ per DEUM ſanctum, ✠ ut non jactetis grandines & tempeſtates, in poſſeſſionibus, & finibus noſtris, & non dixeritis ante Tribunal Chriſti, quod nemo vobis contradixerit.

Ego enim præcipio vobis in Nomine Pa✠tris, & Filii ✠ Spiritus Sancti: ut non jactetis grandines & tempeſtates in poſſeſſionibus, & finibus noſtris, ſed eas projicite in fluvium, vel immergite mari ſine damno alicuius perſonæ, ℟. Amen.

Po-

Postea dicatur Psalm. Lauda Ierusalem Dnum &c.

Benedictio Salis, & aquæ contra Vermes & Aves Nocivas.

Adiutorium nostrum &c.

Oremus.

DOmine S. Pater Omnipotens æterne DEUS, mitte Spiritum Tuum Sanctum, cum Angelis & Archangelis, cum Thronis, & Dominationibus & cum eis omnes sanctos electos tuos, ut defendant segetes nostras à vermibus, & magnificetur Nomen Tuum in omni loco. Per Christum &c. ℟. Amen.

Oremus.

BEne✠dic Domine, hanc creaturam salis & aquæ, ut fugiant vermes & volucres à nostris segetibus, propter Nomen Domini nostri IESU Christi, quod invocatum est in ipsa creatura messis, ut fiat alimentum omnibus, qui vivunt ex ea. Per eundem &c.

Aspergatur &c.

Deinde benedicuntur segetes addendo sequentes orationes.

Dominus Vobiscum, Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

PReces nostras quæsumus Domine clementer exaudi, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, & hanc avium, vermium, seu murium, aut locustarum, vel aliorum animalium persecutionem patimur, pro Tui Nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur, ut

procul á tua potentia ex pulsi, nulli noce-
ant, & hos campos, agros, horrea, granaria
&c. vel vineas, aut aquas in tranquillitate,&
quiete dimittant, quatenus ex eis surgentia,
& orta, Tuæ Maiestati deserviant, & nostræ
necessitati subveniant. Per Christum &c.

Oremus.

OMnipotens sempiterne DEUS, omnium
bonorum remunerator,& peccatorum ma
ximus miserator;in cuius nomine omnium ge-
nua flectuntur, cælestia, terrestria, & infer-
nalia, tuâ potentiâ nobis peccatoribus con-
cede, ut quod de tua misericordia confisi a-
gimus, per tuam gratiam efficacem eius con-
sequamur effectum; quatenus hos pestiferos
vermes, aves, vel locustas, vel alia animalia,
per nos servos tuos,maledicendo maledicas,
segregando segreges, exterminando exter-
mines; ut per tuam clementiam ab hac pe-
ste liberati,gratiarum actiones Maiestati tuæ
liberè referamus. Per Dominum nostrum&c.

Exorcizo vos ✠ pestiferos vermes,vel mu-
res, glires, aves, seu locustas, seu animalia
per DEUM Patrem ✠ Omnipotentem, Per
IESUM Christum ✠ Dominum, nostrum; Per
Spiritum ✠ Sanctum ab utroque proceden-
tem; ut confestim recedatis ab his campis,
vel vineis, hortis, vel horreis, vel granariis,
vel aquis, nec amplius in eis habitetis, sed ad
loca transeatis, in quibus nemini nocere
possitis, Pro

Pro parte omnipotentis DEI, totius curiæ Cæleſtis, & ex parte Eccleſiæ ſanctæ DEI vos maledicentis; quocunque ieritis, ſitis maledicti deficientes quotidie, & decreſcentes, ita, ut reliquiæ de vobis in nullo inveniantur, niſi in neceſſariis ad ſalutem & uſum humanum Quod præſtare dignetur, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem Amen.

Aſpergatur äér & terra.

Benedictio novæ Crucis erigendæ.

Adiutorium noſtrum &c.

Domine exaudi orationem &c.

Oremus.

ROgamus Te Domine S. Pater Omnipotens æterne DEUS, ut digneris bene✠dicere hoc ſignum crucis, ut ſit remedium ſalutare generi humano, ſit ſoliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, ſit ſolamen & protectio, ac tutela contra ſæva jacula inimicorum. Per Chriſtum &c.

Oremus.

BEne✠dic Domine hanc Crucem Tuam, per quam eripuiſti mundum à dæmonum Poteſtate & ſuperâſti Paſſione Tua ſuggeſtorem peccati, qui gaudebat in prævaricatiene primi Parentis per ligni vetiti ſumptionem.

Hic aſpergat aquâ benedictâ.

Sanctificetur hoc ſignum Crucis in Nomine Pa✠tris, & Filii, & Spi✠ritus Sancti, ut oran-

tes

tos, inclinanteſque ſe propter Dominum ante iſtam Crucem, inveniant corporis & animæ ſanitatem. Per Chriſtum Dominum &c.

Poſtea Sacerdos genuflexus ante Crucem, devotè adorat, & oſculatur, & idem faciunt, quicunq; voluerint.

Benedictio Rutæ vel alterius Herbæ.

Adiutorium noſtrum &c.

Dominus Vobiſcum &c.

Oremus.

BEne✠dic Domine IESU Chriſte hanc Rutam vel N. & infunde ei, per Tuam virtutem, Tuam ſanctam Benedictionem ✠ cæleſtem, ut quicunque eâ ſubfumigatus fuerit, vel apud ſe eam habuerit, inimicus ei nocere non poſſit: & in quibuſcunque locis reſperſa fuerit, vel poſita; ad ſalutem conducat· recedat & contremiſcat diabolus, & fugiat, nec præſumat amplius illudere vel inquietare creaturas Tuas. Bene✠dicaris igitur Ruta vel N. in Nomine Domini noſtri IESU Chriſti & Sanctæ Trinitatis, ut ſis exterminatio diabolica, ac quorumcunque morborum. Per eum qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem Amen.

Aſpergatur &c.

Benedictio Arboris Kłokotka.

Adiutorium noſtrum &c.

Dominus Vobiſcum &c.

Oremus.

DOmine S. Pater omnipotens æterne DE-

US

US, te ſuppliciter deprecor, ut benedicere✠ digneris hoc gẽus arboris, quod in usũ humani generis tribuiſti, & præſta, ut quicunque penes ſe illud portaverit, ſive in loco aliquo depoſuerit, ab omnibus veneficiis, auriſpiciis & ab omnibus tentationibus ac inſidiis diaboli protegatur, & fiat obſtaculũ diabolo, cõtra perverſas hominum perſecutiones, contra ſævarum beſtiarum invaſiones; conferat illi ſanitatem mentis & corporis, & cuncta neceſſaria in præſenti vita ei largiri digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Aſpergat aquâ benedictâ.

Et Benedictio DEI omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spi✠ritûs Sancti deſcendat ſuper hanc creaturam arboris, & maneat ſemper A.

Benedictio Tumbæ.

Adiutorium noſtrum &c.

Oremus.

DEUS, cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt, hanc tumbam bene✠dicere dignare, eique Angelum Tuum ſanctum deputa cuſtodem, & animam eius, cuius corpus in ea ponetur, ab omnibus abſolve vinculis delictorum, ut in te ſemper cum ſanctis tuis ſinè fine lætetur. Per Chriſtum &c.

Aſpergatur &c.

Benedictio vini & olei olivarum pro infirmis.

EXorcizo te creatura vini in Nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spi✠ritûs S. ad honorem

B. Mariæ V. & Sancti N. ne ſis communis ulli ſpiritui immundo: ſed medicina omnibus fidelibus, permanens in viſceribus eorum, ut qui te devotè guſtaverit vel biberit, ab eo omnis ſpiritus immundus cum omnibus veneficiis ſuis recedat. Benedico ✠ te igitur Creatura vini in nomine D. N. IESU Chriſti, omniumque Sanctorum, ut ſis purgatio omnium maleficiorum & medicina omnium languorum. O Domine IESU Chriſte, qui ad demonſtrandam virtutem Divinitatis Tuæ in Cana Galilææ aquam convertiſti in vinum, dignare quoque exorci✠zare, bene✠dicere & ſancti✠ficare hoc vinum, ut ſit remedium efficax contra omnem poteſtatem inimicorum ſpiritualium & contra omnia maleficia facta & facienda: ita ut nullus ſpiritus malus, nullaque malitia eius poſſit latere in homine iſto, qui hoc vinum piè guſtaverit, Per Tuam S. Paſſionem, & crucem perque fel & acetum, quod bibendo ſanctificâſti, concedère digneris, ut qui ex hoc vino benedicto biberit, mundetur à ſpiritibus immundis omniq; maleficio: & omnis virtus Diaboli ab eo exterminetur, atque poteſtas Tua in virtute verborum tuorum in eo prævaleat. Et ego Sacerdos Tuus in Nomine Sancto Tuo & in poteſtate mihi tradita, bene✠dico atque Sancti✠fico hoc vinum, ut vulpes infernales demolientes vineam Tuam una cum operibus ſuis

maleficis destruantur, confringantur & annihilentur. Per Christum Dominum &c.

Supra Oleum.

EXorcizo te creatura olei per DEUM Patrem ✠ omnipotentem, qui fecit cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, omnis virtus adversarii, omnis exercitus Diaboli, & omnis incursus, omne phantasma Sathanæ eradicare & effugâre ab hac creatura olei, ut fiat omnibus qui eô usuri sunt salus mentis & corporis in Nomine DEI Patris ✠ omnipotentis & IESU Christi ✠ Filii eius Domini nostri, & Spiritûs ✠ S. paracleti & in charitate eiusdem Domini nostri IESU Christi qui venturus est iudicare vivos & mortuos & sæculum per ignem Amen.

℣. *Domine exaudi &c.* ℟. *Et clamor meus &c.*

Dominus Vobiscum, Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DOmine DEUS omnipotens, cui adstat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur: dignare respicere, & bene✠dicere & sancti✠ficare hanc creaturam olei, quod ex olivarum succo eduxisti, & ex eo infirmos inungi mandasti, quatenus sanitate percepta, Tibi DEO vivo & vero gratias agerent: præsta quæsumus; ut qui hôc oleo quod in tuo nomine bene✠dicimus, usi fuerint, ab omni languore omnique infirmitate, atque cunctis insidiis inimici li-

be

berentur, & cunctæ adversitates separentur à plasmate Tuo, quod pretioso sanguine filii Tui redemisti, ut nunquam lædatur a morsu serpentis antiqui. Per Dominum &c.

Et Bene✠dictio DEI Pa✠tris omnipotentis, & Filii, & Spiritus ✠ sancti descendat super hanc substantiam vini, & olei, ut ad effugandos dæmones morbosque pellendos Divinæ gratiæ sumat effectum, sitque omnibus id sumentibus adjutorium & remedium: Per Dominum nostrum JESUM Christum Amen.

Benedictio Navis.

Adiutorium nostrum in nomine &c.

Oremus.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris & bene✠dic navem istam dexterâ tua sancta, & omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noë ambulantem in diluvio: porrige eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti Beato Petro ambulanti super mare & mitte S. Angelum Tuum de cælis, qui liberet & custodiat eam semper à periculis universis cum omnibus qui in ea erunt: & famulos tuos repulsis adversitatibus portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis, transactisque ac recte perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio revocare digneris. Qui vivis & regnas &c.

Benedictio Horrei.

Adiutorium nostrum &c.

Dominus Vobiscum &c.

Oremus.

ADsit nobis quæsumus Domine virtus Spiritûs Sancti, quæ & corda nostra clementer expurget & ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum nostrum &c.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison

Pater noster &c.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem,*

℟. *Sed libera nos a malo.*

℣. *Salvos fac servos Tuos,*

℟. *DEUS meus sperantes in Te.*

℣. *Nihil proficiat inimicus in nobis,*

℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.*

℣. *Domine exaudi &c. Dominus vobiscum &c.*

Oremus.

OMnipotens & misericors DEUS, qui ubique es præsens, maiestatem Tuam suppliciter exoramus: ut huic horreo gratia tua adesse dignetur, quæ cuncta adversa ab eo repellat, abundantiam bene✠dictionis tuæ super illud largiter effundat. Per Christum&c.

Aspergat dicendo:

BEnedictioDEI omnipotentis Patris✠ &Filii ✠ & Spiritûs ✠ Sancti, descendat super hoc horreum & super ea quæ in illo reponentur Amen.

Forma absolutionis plenariæ.

REligiosis, sæcularibus Tertiariis & Chordi-

geris in extremis conſtitutis vigore privilegiorum elargiendæ, ex Breviario Ordinis S. P. Franciſci excerpta.

Meminerit quivis Confeſſarius etiam ſæcularis, diſponens ad mortem quemcunque infirmum interrogare, an non fuerit Confrater 3tii Ordinis S. P. Franciſci Seraphici, nam ei ſequentem abſolutionem impendet.

Facta Confeſſione & dictis: Miſereatur &c. Indulgentiam &c. *dicatur.*

DOminus noſter IESUS Chriſtus per merita ſuæ ſacratiſſimæ Paſſionis te abſolvat, & gratiam ſuam tibi infundat, & ego authoritate ipſius, ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſummorum Pontificum, mihi in hac parte commiſſa, & tibi conceſſa: abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis, majoris & minoris, ſi quod incurriſti & reſtituo te unioni, & participationi fidelium, nec non ſanctis Sacramentis Eccleſiæ. Item eadem authoritate (quatenus ad præſens forum ſpectat;) Ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, tibique relaxo omnes pænas purgatorii, quas pro peccatis commiſſis meruiſti, concedens tibi remiſſionem peccatorum tuorum, & reſtituo te illi ſtatui innocentiæ, in quo eras, quando baptiſatus fuiſti. In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen.

Quod ſi hac vice non deceſſeris, reſervo tibi hanc gratiam uſque ad extremum mortis tuæ articulum.

Quia verò nonnulli summi Pontifices Indulgentiam plenariam prædictis personis in articulo mortis constitutis benignè concesserunt, sinè ulla dependentia ab electione Confessarii, qui talem indulgentiam nomine Pontificum impertiatur, ideò ad majus spirituale solatium, non tanquàm necessaria, sed valde proficua, subjungenda est sequens deprecatio, cui, in extremis laborans, devotè correspondeat, nomen sanctissimum IESUS ore vel corde enixè invocando.

DOminus noster IESUS Christus Filius DEI vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat Confessionem tuam, & remittat tibi omnia peccata, quæcunque & quomodocunque in toto vitæ decursu commisisti, de quibus corde contritus & ore confessus es, restituens tibi stolam primam, quam in baptismate recepisti. Et per Indulgentiam plenariam à summis Pontificibus nostratibus in articulo mortis constitutis, concessam liberet te à præsentis & futuræ vitæ pænis; dignetur Purgatorii cruciatus remittere, portas inferi claudere, Paradisi ianuam aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere, per sacratissima suæ vitæ, passionis, Glorificationis mysteria. Qui cum Patre & Spiritu Sancto, DEUS unus vivit & regnat in sæcula sæculorum Amen.

Modus Benedicendi Apes.

ANtequàm accedat ad locum, ubi consistant

ſtunt apes, Sacerdos elicito actu contritionis ac tandem veniens ad locum, dicat: Veni S. Spiritus &c: cũ oratione ſua. Tandem accepta aquâ benedicta, aſpergat locum totum, ubi apes conſiſtunt, & aſpergendo dicat Pſalmum: Miſerere mei. Secundum: Ad Dominum clamavi. Tertium: Ad te levavi oculos meos. Et intra hos Pſalmos dictos aſpergat ſale benedicto totum locum, ubi conſiſtunt apes, tandem genu flexus dicat Litanias de omnibus Sanctis cum Oratione: DEUS cui proprium.

℣. *Adiutorium noſtrum &c.* ℟. *Qui fecit &c.*

℣. *Domine exaudi &c.* ℟. *Et clamor &c.*

℣. *Dominus vobiſcum &c.*

Oremus.

CReator omnium DEUS qui ſemina ſanctificare, & multiplicare facis, & in uſus noſtros miſericorditer concedis pervenire (intercedente Ioanne Baptiſta) ſupplicationes noſtras placatus intende, ut has apes bene✠dicere & ſancti✠ficare tua benignitate digneris, ut copioſius mittant effectus ſuos, quatenus ad Eccleſiam tuam, ſanctorumque Altarium tuorum decorem & ornatum atq; etiam ad uſus noſtros perveniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Oremus.

DEUS, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus beneficium ſubrogaſti,

quiq; tuæ ineffabili misericordiæ hos ad usus nostros ipsarum apum fructus & opera convertere docuisti, maiestatem tuam suppliciter exoramus, ut bene✠dicere digneris has apes, & ad humani generis proventum multiplicare, custodire, & educare, ut quisq, maiestati tuæ, & immensæ largitati tuæ, & horum animalium educationem ministerialitate cooperando sola spe tuæ benignitatis innititur & sui laboris mereatur uberes fructus accipere, & cælesti benedictione repleri. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Aspergatur iterum locus, & dicat Evangelium S. Ioannis: In principio &c. quô finito dicat: per Evangelica dicta, deleantur nostra delicta, & destruantur, atque evertantur omnia maleficia, si quæ sunt in hoc loco & descendat Benedictio DEI Patris Omnipotentis ✠ & Filii ✠ & Spiritûs ✠ S. Amen.

Benedictio Columbariorum, Pullariorum, & eiusdem locorū, in quibus conservantur aves.

℣. *Adiutorium nostrum &c.* ℟. *Qui fecit &c.*

℣. *Dominus vobiscum* ℟. *Et cum &c.*

Oremus.

DEUS æterne, ante cuius conspectum assistunt Angeli, & cuius nutu reguntur universa, qui etiam necessariis humanæ fragilitatis tua pietate consulere non desinis: te humiliter imploramus, ut habitaculum istud illa bene✠dictione perfundas, qua per An-

ge-

gelum ſtantem in Sole mandaſti omnibus avibus dicens: Venite & congregamini ad cænam magnam DEI; ut ſemper hic tuæ bene✠dictionis copia redundante laudes tibi referant ſervi tui, qui das eſcam omni carni, & imples omne animal benedictione Salvator noſter. Qui vivis & regnas &c.

Oremus.

DEUS univerſæ creaturæ, qui inter cæteras diverſarum creaturarum ſpecies, & pro humani generis uſu etiam volatilium genus producere dignatus es, ex quibus Nòé de Arca egrediens holocauſta tibi offerens placuit, & qui populo tuo ex Ægypto educto per Moyſen ſervum tuum, munda ab immundis ſegregans, edendi præceptum dediſti; te ſuppliciter rogamus, ut has mundarum avium carnes bene✠dicere & ſancti✠ficare digneris, ut quicunque ex eis comederint, benedictionis tuæ abundantiâ repleantur, & ad æternæ vitæ gaudia pervenire mereamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Aſpergatur &c.

Benedictio Piſcinæ & Piſcium.

℣. *Adiutorium noſtrum &c.* ℟. *Qui fecit &c.*

℣. *Dominus vobiſcum* ℟. *Et cum &c.*

Oremus.

OMnipotens æterne DEUS, Pater Domini noſtri IESU Chriſti,& Pater miſericordiarum, qui piſces in fluminibus maris creſcere

& multiplicare dignatus es: præsta quæsumus, ut hos parvos pisciculos in istam piscinam impositos crescere & multiplicare tuâ gratiâ dignêris. Per Dominum nostrum &c.

Crescite & multiplicamini vos parvi pisciculi, & replete istam piscinam in nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritûs ✠ Sancti. Dominus det vobis suam benedictionem Amen.

Oremus.

DEUS omnipotens, qui hanc creaturam piscium ex aquarum fluctibus in mundi principio prodire jussisti, quam inter cæteras creaturas tuo ore benedicto dignatus es benedicere, & de qua post assumptam humani generis formam unigenitus Filius tuus coram Discipulis suis assa igni comedere voluit, ad insinuandum nobis suæ passionis cruciatus, bene✠dic etiam hos cibos piscium, & præsta nobis, ut qui de passione Domini nostri IESU Christi & ardore tribulationis sumus excocti, de ineffabili ejus resurrectione refrigerati, pane cælesti lætemur. Per eundem Dominum nostrum &c.

Benedictio novi Putei.

℣. *Adiutorium nostrum &c.* ℟. *Qui fecit &c.*

℣. *Dominus vobiscum* ℟. *Et cum &c.*

Oremus.

SUpplices deprecamur Domine clementiam pietatis tuæ, ut aquam Putei huius cælesti bene✠dictione sanctifices, ad communem

vitæ

vitæ usum concedas esse salubrem, & ita ex ea fugare digneris omnem diabolicæ tentationis incursum: ut quicunq; ex ea hauserint vel biberint, vel in quibuscunque necessariis casibus haustâ aquâ usi fuerint, totius virtutis ac sanitatis dulcedine perfruantur, ut tibi Sanctificatori, & Salvatori omnium Domino, gratias agere mereantur. Per Christum &c.

Oremus.

DOmine DEUS omnipotens, qui in huius Putei altitudinem, per crepidinem fistularum, copiam aquarum manare jussisti: præsta, ut te jubente atq; bene✠dicente, per nostræ ✠officium functionis, repulsis hic phantasmatibus, calliditatibus, atq; insidiis diabolicis purificatus atq; emendatus semper hic Puteus perseveret. Per Christum Dominum &c.

Aspergatur &c.

Benedictio Domûs contra ignem.

℣. *Adiutorium nostrum &c.* ℟. *Qui fecit &c.*

℣. *Sit nomen Domini benedictum,*

℟. *Ex hoc nunc & usque in sæcula.*

Hel, Heloim, Sother, Emmanuel, Sabaoth, Agia, Tetragrammaton, Hagios, Otheos. Ischyros, Athanatos, Iehova, Adonai, Saday, Messias. Increatus ✠ Pater, increatus ✠ Filius, increatus ✠ Spiritûs Sanctus. IESUS Christus Rex gloriæ✠ venit in pace. Verbum caro factum est, ✠ DEUS factus est homo, Christus ✠ vincit. Christus ✠ regnat. Christus

ſtus ✠ imperat. Chriſtus à flamma ignis & à percuſſione fulguris hanc domum defendat atque cuſtodiat.

℣. A flamma ignis, incendio ac fulgure,

℟. Hanc domum libera Domine.

Oremus.

TE DEUM Patrem Omnipotentem ſupplíciter exoramus pro hac domo & habitatoribus eius ac rebus omnibus, ut eam bene✠dicere, ſancti✠ficare & per ſignum S. Crucis ✠ protegere à flamma ignis percuſſioneque fulguris conſervare, ac bonis omnibus replere digneris. Bene✠dic igitur Domine, & ſancti✠fica domum hanc, ſicut benedixiſti domum Abraham, Iſaac & Iacob, & intra parietes eius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque & habitatores eius ab incendio, fulgure & malignitate ſpectatorum ſemper cuſtodiant. Per Chriſtum &c.

Benedictio DEI omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritûs ✠ Sancti deſcendat ſuper hanc domum & ſuper habitantes in ea, & maneat ſemper Amen.

Aſpergatur domûs & circumſtantes.

Benedictio Cellæ Vinariæ.

Antiph. Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinavit in me charitatem.

Pſalm. Beatus vir. *Repetitur Antiph.*

℣. Dominus vobiſcum, *℟. Et cum Spiritu tuo.*

✠ Sequentia S. Evangelii ſecùm Luc. c. 5.

IN illo tempore dixerunt Pharisæi ad IESUM: Quare Discipuli Ioannis jejunant frequenter, & obsecrationes faciunt similiter & Pharisæorum: tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait: Nunquid potestis filios spõsi, dũ cũ illis est sponsus, facere jejunare? venient autem dies, cum ablatus fuerit ab eis sponsus, & tunc jejunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad eos: Nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin rumpet vinum novum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt. Sed vinum novum in utres novos mittendum est, & utraque conservantur. Et nemo bibens vetus statim vult novum, dicit enim: Vetus melius est.

℟. *Laus tibi Christe.*

Oremus.

DOmine DEUS, Pater omnipotens, Statutor omnium elementorum, & creator omnium naturæ humanæ necessariorum: qui per Moysen famulum tuum dixisti: Si audieris vocem Domini DEI tui, emittit Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum. Te supplices deprecamur, & exauditis orationibus nostris cellam hanc vinariam, & omnia quæ in ea continentur, pietatis tuæ aspectu bene✠dicere digneris. Atque ita omnium spirituum immundorum recedat incursio, ut nihil ex ea prævaricationis ille author sibi audeat assume-

mere nec quidquam perversi in ea machinari. Et quicunque cellam hanc vinariam intraverint, & quidquid in eam repositum fuerit, gratia illis tuæ bene✠dictionis adveniat, & mala omnia te propitiante ab eis procul recedant. Per Dominum nostrum &c.

Oratio Super Vinum.

Oremus.

DOmine IESU Christe, qui in Cana Galiææ ex aquâ vinum fecisti, multiplica super nos misericordiam tuam, & bene✠dicere atque sancti✠ficare digneris hanc creaturam vini, ut quicunq; ex eo sumpturus est, divinæ benedictionis tuæ opulentiâ repleatur, corporisq; sanitatem & animæ tutelam percipiat. Qui vivis &c.

Aspergat aquâ benedicta totam caveam.

Benedictio Stabuli.

NB. *Si stabulum una cum domo benedicatur, omittantur Litaniæ, & Psalm.* Benedictus Dominus.

Si verò solitarie benedicatur, dicantur primò Litaniæ de omnibus Sanctis, usq;

Peccatores. Te rogamus audi nos.

Ut nobis parcas. Te rogamus.

Ut nobis indulgeas. Te rogamus.

Sacerdos surgens dicat:

Ut hoc stabulum bene✠dicere digneris,

Ut hoc stabulum bene✠dicere & custodire digneris.

Ut hoc stabulum bene✠dicere, custo✠dire &

ab

ab omni damno præser✠vare digneris.

Sacerdos genuflexus prosequatur

Ut omnes insidias inimici ab eo repellere digneris.

Ut omne veneficium ex eo aufferre digneris.

Ut nos exaudire digneris.

Fili DEI. Agnus DEI &c.

℣. *Exaudi nos DEUS salutaris noster,*

℟. *Et propter gloriam nominis tui libera nos.*

℣. *Domine exaudi &c.* ℟. *Et clamor &c.*

℣. *Dominus vobiscum* ℟. *Et cum Spiritu tuo.*

Oremus.

DEUS, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus solatia subrogasti: te suppliciter exoramus, ut sinè quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire. Per Christum &c.

Aspergat stabulum aquâ solemniter benedictâ.

Lectio libri Genesis.

IN diebus illis dixit Iacob ad Laban: viginti annis fui tecum: oves tuæ & capræ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia ostendi tibi: ego omne damnum reddebam: quidquid furto peribat à me exigebas. Die noctuque æstu urebar & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis meis: sicq; per viginti annos in domo tua servivi tibi. Et nisi timor Patris mei Abraham, & timor Isaac adfuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses. Sed afflictionem meam & laborem ma-

manuum mearum respexit DEUS, & arguit te. ℟. *Deo gratias.*

Psalm. Benedictus Dominus DEUS meus, *ut in Sabbatho ad Vesperas.*

℣. *Dominus vobiscum,* ℟. *Et cum Spiritu tuo.*

✠ Sequentia S. Evang. secùndum Lucam.

IN illo tempore Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas DEI circumfulsit illos: & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere, quia natus est vobis Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. Et ut discessit ab eis Angelus, pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est. Et venerunt festinantes: & invenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. ℟. *Laus tibi &c.*

Oremus.

DOmine IESU Christe, Rex cæli & terræ, verbum Patris, per quod facta sunt omnia: qui ut redimeres nos a faucibus inferni, carnem nostram sumere decrevisti: & per Spiritum Sanctum in utero B. M V. conceptus, in stabulo inter jumenta nasci, & pannis involutus in præsepio reclinari voluisti. Respice quæsumus humilitatem nostram, & exaudi sup-

ſupplicationem noſtram. Et ſicut noſtris laboribus atque neceſſitatibus per jumenta ſubvenimentum tribuiſti; ita tua benigniſſima miſericordia hoc ſtabulum & pecora bene✠dicere & cuſtodire digneris, ut nulla malitia dæmonum aut iniquorum hominū in eo poſſit perdurare: ſed virtute bene✠dictionis hujus Sacerdotalis conteratur & procul effugetur. Qui vivis &c.

Si ſtabulum ſit infeſtum, addantur ſeq. Exorciſmi.

Exorciſmus.

EXorcizo te dæmon maledicte, immunde & maligne ſpiritus, quicunque ſtabulum iſtud & animalia iſta, utpote Dei vivi ac veri creaturas, affligere & vexare præſumis: & adjuro te per Deum✠ vivum, per Deum✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, ut exeas & recedas ex hoc loco ſeu ſtabulo, nec unquam huc reverti præſumas. Neque hic aut alibi exiſtentibus jumentis damnum aut pavorem immittas: aut quodcunq; maleficium in detrimentum vitæ, ſanitatis & utilitatis illorum inferas. Per eum, qui te in patibulo crucis vicit, arma in quibus confidebas, abſtulit, ſpoliaque diſtribuit. Quique ſtatuto tempore venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem Amen.

Aſpergat ſtabulum aquâ benedicta.

ITerum adjuro vos o maligni ſpiritus, per creatorem cæli & terræ: per incarnationem

D. N. IESU Christi, ejusque circumcisionem, baptismum & jejunium: per crucem, clavos & lanceam: per passionem, mortem & sepulturam: per resurrectionem, ascensionem & futurum judicium. Per gloriosam V. Mariæ omniumque SS. merita & intercessionem: ut nunquam amplius habeatis accessum ad hoc stabulum, in detrimentum hominum, animalium, aut quarumcunq; rerum humanarum utilitati a Deo indultarum. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ S. Amen.

Aspergat stabulum.

℣. Domine exaudi &c. ℟. Et clamor &c.

℣. Dominus vobiscum, ℟. Et cum &c.

Oremus.

DOmine DEUS, Pater omnipotens, rerum omnium creator & conservator, defende nos & pecora ista: defende dona tua, defende familiam tuam, defendo & bene✠dic hoc stabulum per virtutem aquæ, a te ministerio Ecclesiæ tuæ benedictæ & per invocationem Sacratissimæ Trinitatis Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ Sancti sanctificatæ. (*Aspergatur aqua benedicta.*) Exterminetur Diabolus & omnia maleficia ejus a loco isto, & a terminis fidelium te invocantium, per virtutem S. Nominis tui, & per merita omnium SS. Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrũ, Confessorum, Virginum, omniumque Sanctorum. Nosque & pecora hæc ab omni ma-

lo præservare, cuſtodire & liberare digneris. Per Dominum noſtrum &c.

Si pecora ſint præſentia, addat quæ ſup. fol. 197. Si nõ ſint præſentia claudat benedictionem dicendo:

Et benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ Sancti, deſcendat ſuper hoc ſtabulum, & maneat ſemper Amen.

Benedictio Arborum & fructuum earum.

℣. Adiutorium noſtrum. ℞. Qui fecit &c.

℣. Dominus vobiſcum, ℞. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS qui hujus Arboris plantam tua viſitatione & tua providentia pruductam eſſe voluiſti: nunc etiam eandem bene✠dicere & ſancti✠ficare digneris, ut quicunq; ex fructibus ejus ſumpſerint, ſani & incolumes eſſe valeant. Per Chriſtum &c.

Oremus.

BEne✠dic Domine hunc novum fructum arborum, & præſta, ut qui ex eo in tuo nomine veſcentur, corporis & animæ ſanitate potiantur. Per Chriſtum &c.

Benedictio fructuum quorumcunque.

℣. Adiutorium noſtrum, ℞ Qui fecit &c.

℣. Dominus vobiſcum, ℞. Et cum &c.

Oratio.

DOmine IESU Chriſte, DEUS de DEO, qui famulum tuum B. Blaſium Martyrio conſecraſti, & B. Ubaldum & Antonium Paduanum in gloria tua collocaſti, bene✠dicere &

sancti✠ficare digneris tua pietate hos fructus, quos indigni detulimus, per tui S. Nominis invocationem, & per intercessionem Beatissimæ MARIÆ Virginis, & B. Ubaldi ac Antonii Paduani servi tui: bene✠dic, sicut & ego bene✠dico & sancti✠fico hos fructus, ad profectum præsentis Familiæ, atque omnium fidelium, præsentium & absentium, provenire concede, ut in quocunque loco deportati fuerint, salvi maxime a dolore gutturis & aliorum dolorum efficiantur, & omnes iniquitates sive illusiones Dæmonum ab eorum habitaculis abscedant, & quicunque ex eis tenuerint & gustaverint, tua gratia & benedictione repleantur. Qui vivis &c.

Aspergantur &c.

Benedictio Panis novi.

℣. *Adiutorium nostrum,* ℟. *Qui fecit &c.*
℣. *Domine exaudi.* ℟. *Et clamor &c.*

Oremus.

BEne✠dic Domine creaturam istam Panis, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut sit donum eiusdem in annuum alimentum, gustanteſque ex eo accipiant tam corporis quam animæ salutem. Per Christum &c.

Aspergatur &c.

Benedictio Herbarum comestibilium, primo die Maji, vel alio tempore.

℣. *Adiutorium nostrum.* ℟. *Qui fecit &c.*
℣. *Dominus vobiscum,* ℟. *Et cum &c.*

Ore-

Oremus.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne DEUS, qui dixisti: Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum: dignare has herbas, quas ipsemet creasti, & in usum hominum e terra germinare fecisti, ore tuo proprio & dextera tua sancta bene✠dicere, & omnibus inde sumentibus ad corporis & animæ medelam utiles efficere. Propter nomen sanctum tuum, magnum & glorificatum in cælo & in terra, imple dexteram tuam larga benedictione, & effunde eam super has diversi generis herbas. Quas & ego Sacerdos tuus in nomine sancto tuo, & ad gloriam laudis tuæ exorcizo, bene✠dico & sancti✠fico, ut quicunque de iis sumpserit, vel super iis biberit, vel ex his fumigatus fuerit, vel in domo sua collocaverit, per omnipotentiam tuam & gloriosam resurrectionem & ascensionem Filii tui D. N. IESU Christi, elongetur ab eo omne opus diaboli. Idcirco per te DEUM omnipotentem, qui das herbam servituti hominum, has creaturas herbarum virtute ordinis Sacerdotalis bene✠dico & sancti✠fico, ad fugandos dæmones, ad destruendum omne maleficium, ad dissipandam omnem tempestatem, ad avertendum omne tonitru, & ad annihilandum omne opus nefarium Satanæ, a corporibus

